

HISTORIA
REIPUBLICÆ
IMPERII
ROMANORUM

DG 268

MS
1757

HISTORIA
REIPUBLICÆ
ET
IMPERII
ROMANORUM

A B

Urbe condita ad A. U. 727. quo
Octaviano Cæsari summa Imperii
cum nomine Augusti delata fuit.

LIBER SEXTUS.

CAPUT PRIMUM.

Bellum Punicum tertium.

S. L.



Ato ergo, qui potius §. I. Ori-
illud, quod utile Rei- go III.
publica fore crede- Belli
ret, quam quod ho- Punici.
nestum esset, specta- A. U.
re solebat, iam a 60,
multis retro annis ur-
gere non desliterat, annulam illam quon-
dam Imperii Romani, & certe, si occasio
obligisset, acris insurrecituram Carthaginem
nem funditus esse delendam; semper, cum

A 2 IR

HISTORIA

in Senatu de quavis alia re sententiam dixisset, finire ita solitus, *hoc censeo, & defendam esse Carthaginem a.* Cum contra Nasica censem, *sinendam esse Carthaginem b:* qui tamen hoc non amore æqui & boni; sed ut metu & reverentia amula urbis disciplina jam labeicens retinetetur, censem. Et eventus docuit, nullum tuuisse metum; cum paulo post deletam Carthaginem non *vergere*, sed *rure* in deterioris mores Romanorum eceperint c. Verum vicit sententia Catonis, etiam mortui; ut dicit Cicero d; quod tamen cum iis, que ex aliis auctoribus diximus, non satis convenit, quippe qui supervixisse bellū initii Catonem reflectantur. Accusatabant autem Carthaginenses variorum criminum, ita ut, *Carthaginem excidendum esse*, Senatus statuerit: magis, quia volesane Romani, quicquid de Carthagine diceretur, credere, quam quia credenda afferebantur e. Praecipius praterea auctor belli Poeninis inferendi erat Mafinissa, qui Romanis fretus multis injuriis Carthaginenses affecerat f: nam jam A. U. 560. agrum maritimū eorum fuerat depopulatus; & quādām urbes vestigales Carthaginensium sibi coegerat stipendum pendere. Carthaginenses igitur questum de

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 5

de Rego legatos Romanū miserant; cum quibus nulli sunt a Senatu, qui inter Populum Carthaginensem & Regem in re p̄ficiēti disceptarent. Sed hi, audita inspeccione, rufensa omnia reliquerū: quod tempori aptius erat; cum Romanis jam metus a bello cum Antiocho instaret. Apud Livium L. XL. c. 17. & ita finito bello Antiochino, etiam similem legationem, qua possessionis jus Mafinissū non mutavit, reperio: & rufus in historia anni 581. legati Carthaginensium & Gultussa Mafinissa filius in Senatu Romæ magnis contentionibus utrique causam suam egile dicuntur a: iustisque sunt utriusque partis legati coram Senatu, sed aliquid pessum, id se libenter horis Mafinissa causas falluros esse; juxta gratia non daturos: Quo tempore Romanū iam bello Perlico terminabat; atque ita Carthaginenses aperte hostes facere nobilebat. Nam, nisi hec causā fuisset unius ille Scipio, Carthaginem dominator, vel notitia rei vel auctoritate ita de utriusque meritis, nutu suore disputationem diu ante huc tempora potuissent. Imo addit Appianus b mandatum nulli legatis, ut clam Mafinissa causam promoverent, dilataque esse legationem tantisper, donec succubuisse Carthaginenses conjectari potuit: & Polybius affirmat c, semper causam Car-

A 3 tha-

a Plut. Cat. Maj. p. m. 352. Flor. II. 15.
b App. Alex. Punicor. n. 38. c Vell. Par. LII
c. 1. Flim. H. N. XXIII. 1. f. Flor. L. II. c. 15.
L. III. c. 1a. d Offic. L. I. c. 23. e Vell. Patre.
L. I. c. 12. f Flim. L. XXXIV. 62.

a Liv. L. XLIII. c. 23. b Punic. n. 37.
c. n. 40. c Excerpt. legat. n. 116.

thaginienium apud Romanos deteriorem fuisse, non quod revera ita esset; sed quod judicibus ita esse conducebat. Ergo non tantum agros & urbes, de quibus controversia erat, amiserunt Poeni; sed præterea talenta quingenta & fructuum nomine Mafinissæ pendere coacti sunt. Summa enim hic ambitione amicitiam Romanorum petebat: & in corpore senili cupiditatem glorie & vires juvenis viri albat ^a. Ipsi porro Carthaginientes discordis suis & factionibus occasionem inimicis eos perdendi præbuerunt: ibi enim, cum popularis factio regiam ejecisset, exiles Mafinissæ opem implorant ^b: qui statim filios Carthaginem misit rogaturos, ut exiles restituerentur. Sed non tantum illi recepti non sunt; verum etiam quidam ex redeuntis Guliſſæ comitatu interfici. Ita ergo palam jam bellum geri coepit: pugnaveruntque Mafinissa & Carthaginientes incerto fere prælii eventu. Spectavit hoc prælium e loco eminentiore (summa quidem, ut dicebat, animi volupte) Scipio; qui elephantos petitus ex Hispania a Luullo missus advenerat: coque intercessore Poeni pacem cum Mafinissa componere tentarunt; sed frustra: cum sex milia equitum, qui cum Praefectis suis transfugerant, Carthaginientes reddere noluerint ^c. Sed paulo post ingenti fame & pesti-

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 7
pestilentibus morbis afflicti transfugis dedere, exiles recipere, & quinque milia talentorum intra quinquaginta annos solvenda permittere coacti sunt; militibus etiam eorum sub jugum missis. Et hos etiam sine armis Carthaginem reuentes invasit Gulufa; plurimisque interfecit. Carthaginientes tamen, ut omnem suspicionem infestii erga Regem anni a se amoverent, bellis autores capitis reos esse, declararunt: legatisque in Urbe missis, tum cives suos tum Mafinissam, ut motuum illorum cauillas accusarunt. Reponsum est legatis, „pacem habere non posse Carthaginientes, nisi Populo Rom. satisfacient“ nullo tamen satisfactionis modo prescripto; licet iterata legatione, ut hoc dicere heteret, postulatum fuisset. Addit Livius ^d, legatos Romanorum, qui ad cauillam in ipso loco cognoscendam missi fuerant, nunciasse, pristinas jam vires recuperasse Poenos; & iupicatos se esse, iam bellum parari, quod vim navalis mysterie Carthagine deprehendissent. Ergo adhuc legati sunt missi, qui speculateatur, quid ageretur: quibus suadentibus agro, de quo lis erat, Rex cessit. Et, cum etiam Senatus Carthaginienium ^e, parvum se iudicio tegavorum, dixisset, Giso tamen Hamilearis filius, qui tum in magistratu erat, ita bellum adversus Romanos suscit, ut legatos Romanorum, quo minus violarentur, vix fuga explicuerit, ita certe

^a Philipp. 300000. ^b Vid. Cic. Senell. cap. 10. App. Al. Pun. n. 64. ^c App. lib. n. 38. ^d App. lib. n. 40.

t. Phil. 300000. b Epit. 47. c lib. Epit. 48.

HISTORIA

in epistola historia Liviana legitur: sed dubium me reddit, quod nec in excerto
prius Polybianis n. 142, nec apud Appia-
num, tale quid legitur. Et videtur hic
resque Livius diversa paulum ab aliis
tradidisse; nisi potius ex brevissimo com-
pendio quid scriplerit exacte deprehendi
nequeat. Verum quicquid de his legationibus
fuerit (nam via auctorum di-
versa hoc loco narrationes concilientur)

A. U. 604. L. Marcius Centorinus, M. Manilio Con-
sulibus bellum adversum Carthaginenses
decernitur: quod parum justum fuisse ex
jam dictis facile deprehendi potest: &
ex locis auctorum citatis ulterius patet.

C. 2. Hi-
storia. §. II. Bellum autem sicutul indicum &
illatum est: & secreto mandatum est

604. A. U. Consulibus, „ ne ante a bello desine-
rent, quam excisa Carthago foret. „
Moverat etiam Romanos, ut citius bel-
lum caperent, quod Uticensis, quo-
rum ursa sexaginta duntaxat stadiis (sunt
leuca horaria duæ cum media unius par-
te) Carthagine aberat, legatis Romani
missis se in fidem Populi Romani tradi-
sissent; cum munita valde & opportu-
na ad bellum civitas esset. Attoniti
belli nuncio Poeni, & ab omnibus rebus
ad tantum bellum gerendum imparati tri-
ginta in Urbem legatos miserunt; qui
quibuscumque possent conditionibus pa-
cem compонere conarentur: imo, qui
se

Le suaque Romanorum arbitrio permitte-
reis; qua formula absolutissima victori-
bus portetas in omnia; qua deditorum
fuerant, permittitas: Responsum illis
est, (ita nempe, si Consules adhuc in
Sicilia haberent), Senatum concedere
Carthaginensibus libertatem, leges pro-
prias, universum agitum, aliarumque
rerum publicarum, privatarumque pos-
sessionem. Sed huc omnia ea lege, si
intra dies triginta trecentos obsides ex-
nobilissimis pueris dedissent; illicque,
qua a Consulibus imperarentur, ob-
temperassent. Hec quidem pilam
legatis responsa sunt: ceterum clam mo-
niti sunt Coniules, ne ab illis, qui prius
mandata essent, vel latum unguem di-
cederent. Et reliqua, quæ afferebant
Carthaginem legati; sic lati accepta fue-
runt; illud anxius reddebat Carthaginis
Senatum, quod nulla urbitionis, quas in
ditione retinerent, mentio facta esset.
Verum cum necessitas parere regeret, tre-
centi obsides in Siciliam magno, ut par-
est, suorum fletu missi sunt. Eos Coni-
ules Fabio, qui Prator Siciliam cogebat,
Romam devictos tradiderunt. Interea
classem cum exercitu ad Uticam appu-
lerunt: ubi statim occurrerunt Poenorum
legati & rogantes quid exercitu in Afri-
cam trajecto opus esset, cum parati es-
sent Carthaginenses, quicquid impera-
tum foret, facere. Alter Consulum lau-
dato corum confilio arma confessim

A. 5. on-

a App. Alex. Punic. n. 43. b Polyb. exc.
Appian. n. 42. d Polyb. exc. leg. n. 142.

c App. Alex. Punic. n. 43. b Polyb. exc.
leg. n. 142. c Appian. Al. Punic. n. 44.

omnia & tela comportare eos jussit; cum, si sincere pacem peterent, armis porro nihil opus esse illis diceret: quanquam, si **Zonarz** credimus, Carthaginieribus magnum satis apparatum armorum elam si bi servaverint. Ingens tamen armorum machinarumque vis ad **Coniles** est ad ducta: qui eum ita omnibus plane vi tribus privatos Poenos crederent, Urbem eos suam diruere iusserunt; aliamque ultra octoginta a mari stadia (sunt leuce horariae ^{3r}) sibi adficare. Que res manifestam habebat iniuritatem, quippe que plane adversaretur libertati, quam Senatus Carthaginienibus concesserat. Itaque **Hanno**, cui **Gillas** cognomentum erat, oratione habita postulavit, ut, si nihil gratia a Romanis impetrari posset, urbem tamen avitis suis sedibus evellere ne pergerent; vel faltem deprecari illud per legatos apud Senatum permitterent. Repondit Consul oratione egregie ad persuadendum composita, (nisi Appiani potius, quam Censorini ea oratio fuerit) **Elle** ex re ipsorum Carthaginientium; ut auferantur illis occasiones peccandi; ut potius agricultura, cuius certius, licet minus, si lucrum, animu mandiant, quam incertis per mare negotiationibus; ita facilius se fortune & potentia pristina esse oblituros; ita que vere apparetur, eos imperium maris abdicasse: nec esse, quod sacra

> & pe-

^a Scrubo L. XVII. num. 833. ^b Appian.
Al. Pnn. n. 50.

& penates publicos, & sepulchra mat-
jorum relinquenda deplorent; copiam enim ipsi fore eo ad parentandum ac-
cedere, novas fedes brevi tempore
ipsi etiam patriam futuras; in iisque
sedibus liberam (quod promiserant)
Carthaginem fore; quippe cum clives,
non solum, Carthaginem esse puta-
rent. ^c Verum haec nunciata Cartha-
ginem cives in furorem vetterunt: co-
demque die Senatus bellum adversus Ro-
manos decrevit: & vix credendo ardore
omnia ad bellum apparata sunt; preter-
tim cum iterum petentes, ut legatos Ro-
manum mittere licet, impetrare nihil po-
tulissent. Ergo nocte dieque omnia ne-
cessaria parant; testa, domusque resci-
idunt; ut tignis ad fabricam classis ute-
rentur; arma ex auro & argento inopie
aris ferrique conficiunt; imo in vincula
tormentorum matronae crines: suos con-
serunt: atque ita noctuque & interdiu
viri pariter ac mulieres omnia ad defen-
sionem necessaria congregabant; dum et-
iam Consules tempus ipsi assiduam con-
cederent: vel, quod urbem, quando vel-
lent, capere se posse considerarent; vel,
ut inopie sua consideratione penitiose ad
deditioinem sui permoverentur. Sed ta-
men ipsi quoque Consules rerum suarum satagebant; cum nec Masinissa superbius agenti satis fiderent: & de co-
meatuum inopia solliciti valde forent.
Ergo junctis viis urbem aggredi pla-

A. 6. cuit:

^a Appian. d. l. n. 74. ^b Flor. L. II. c. 375.

uit: sed insperata hostium defensione teriti in ipso limine offendunt, exercitum ab oppugnatione abducere coacti .
a. Sapius dein fructu urbm tentarunt; & magis etiam damnum experti fuissent, nisi prudentia Scipionis sapientia temeritatem Consulis correxisset. Tota tunc præterea Romana clasps concremata est; dum Poeni observato vento, qui ad Romanos ferret, scaphas farmentis & stuppa pice ac sulfure perfusis plenas in eam immittunt. Cumque paulo post Centurinus ad comitia Romanam proiectus esset, nocturna eruptione magna clades fuisse accepta, nisi Scipionis item fortitudine & prudentia exercitus fuisse servatus: ita ut mesito Cato de eo Homeri verum b paucimis immutatis usurparerit c.

Oic̄ ἐπονυμας τη̄ δι οὐκέται αἴσσων. Sa-
lus sapit; ceteri umbrarum vagantur modo, quemadmodum ea verba citat Cicero d. Ex tantam etiam apud hostes famam sibi fecerat ut Himilco, cui Pha-
mias cognomen erat, Afrorum equitum Praefectus, qui assidue castra Romana in-
vestebat, quoties Scipioni retum curam commissam intelligeret, ea aggredi non auderet e. Nec virtutis modo, sed etiam fidei ejus tanta erat opinio f, ut nemo Afrorum cum Consulibus, nisi præsente

Sci-

Scipione aliiquid pacisci veler. Et revo-
ra fortissimi patri Emilio Paullo, avo-
que Scipioni Africano filius hic junior
Scipio fuit: & huic quidem præcipue, quod
arrogantiore, præstern apud plebem,
animo fuerit; ut etiam in te quendibz vi-
debimus. Multum quoque ipsi præstille
verosimile est, quod Polybio Historico, Philoſophoque Panitia familiarissime ulis
fuit: licet nimia quedam laus ipsi Vel-
lejo tribuatur, quod, nempe, nihil in vi-
ta, nisi laudandum, aut fecerit, aut dire-
xit, aut senserit b. Sed hoc Romato more
est explicandum. At fortitudinis quidem
specimina insignia quotidie a Scipione ede-
bantur. Itaque cun Consul Manilius al-
iquando, i preto Scipionis consilio, adver-
sus Hasdrubalem duxisset, magna clades
accepta est: Scipio vero trecentis, quos se-
cum habebat equitibus hostem continuo la-
cessendo multis Romanorum clabendi op-
portunitatem prebuit: quatuor præterea cohores in tumulto quodam obsecras ejusdem
Scipionis virtus explicuit: ita ut que
ac quondam avis ejus nihil sine numine
Deorum agere crederetur. Nihil ergo mi-
rum est, legatos Roma in castra, ut omnia
inspicerent, missos e uno ore, postquam
Romam reversi fuisse, laudes ejus cele-
brasse. Quibus laudibus præterea addita
est accessio ad Romanos Phamea Praefecti,
qui colloquio Scipionis permotis, & ejus
tantum fidei le credens cuin bis mille &
dicens

a Appian. d.l. n. 58. b ex Odys. x. v. 49.
c Plus. Apophth. p. m. 200. Livii ep. 49. d de
Divin. L. l.c. 40. e Vid. Enni. L. IV. cap. 10.
f Appian. d.l. n. 60.

a Vell. Patere. L. II. 5. 12. b ib. 6. 13. c App.
d.l. n. 63.

14. HISTORIA

videntis equitibus ad Romanos transiit; iisque a Manilio Consule, qui successoremibi destinatum Pisonem audiverat, Romanum cum Scipione missus honorifice ibi exceptus est, & donis splendidissimis ornatus, strenuamque operam in posterum pollicitus in Africam rursum transiit.

S. III. His Historia Anno Urbis sexcentesimo quinto La-Calpurnio Pifoni Consuli Africa-

A. U. & bellum cum Poenis provincia evenit: *605.* cumque eo profectus est L. Hesilius Mancinus Prator cladem fortius. Sed horum tanta fuit segnitas, ut nec Carthaginem, nec Hadribalem Poenorum Imperatorem tentarint: verum urbes aggressi a Cluea terra manique oppugnata repulsi sunt: Hippoem vero Dianhyrum, vel Zaritum, (ille syllaba Dia & Za saepe commutantur b, ut Dankle pro ZANKAH, Diabolus, Zabelus; diana, Zara &c.) eaque urbs fuit Africæ propria, & proinde diversa ab Hippone Regia, que Numida erat; eam, inquam urbem frustra per totam aëstem obseedit; infelisque negotio Uticam in hybernia discedere coactus est. Atque ita summa rerum ad fatalem Africi belli ducem Scipionem d' est translata.

S. IV. His Historia Nam adilitatem petitus Scipio Romanum discesserat: ubi indigne admodum cerebatur, segnitia magistratum

tan-

*606. C.
seq.*

a Appian. Ibid. b Vid. Henr. Vales. ad Am. Marc. L. XX. c. 20. (Vales. 6.) c Vid. omnes Voss. de uitiss. serm. L. III. c. 56. Cl. Rossal. discess. de Christo in Chrestum mut. d Cic. de His-
ripi. resp. c. 4.

REIPUB. ROMAN. LIB. IV.

tantillum bellum in tantum spaciū produci. Igitur Scipio, qui adilitatem se petere professus in campum descendebat, ante annos legitimos (tricesimum enim septimumque annum agebat, cum quadragesimus secundus petendo Consulatu esset legitimus) summo Populi consensu Consul factus est: & Africam provinciam extra fortē accepit a; reclamante liet collega C. Druso. Permissum est Scipioni supplementum ex delectu conficeret: & præterea voluntarios e fo- ciis, quotquot persuadere posset, accipi- pere, literis Populi Romani nomine ad eos perscriptis b: atque ipse diligentissime paratis omnibus in Africam navigavit: ubi Piso interim mediterranea oppi- da oppugnabat. Sed Mancinus partem quandam muri negelectam animadverens, quo ob præcipitia accedi vix posse vide- batur, scalis admotis quodda eo adscen- dere fecit; & partem quandam munitionum occupavit; at sequentis diei luce prima undique a Carthaginensibus op- pugnatus periret, nisi Scipio, qui ves- pere precedentis diei Uticam appulerat, literas, quibus Pisonem arcerebat Man- cinus, nachus continuo Carthaginem na- vigasset, & periclitantes, recedentibus aliquantulum Poenis, in cladem rece- pisset. Statim autem ac in castra ad Carthaginem venit Scipio, prima ejus cura fuit disciplinam militum plane col- lapsum, otio, rapina, avaritiae affuetis sub

2 Liv. Epist. 51. b App. Al. n. 69.

sub Pisone militibus restituere; & turbam inutilen castris expellere. Atque ita expugnato exercitu nocte silentie *Megara* aggreditur ^a, que tertia pars urbis & maxime habitata erat: duæ aliae *Bysfa*, *five arx*, & *Cathor*, live portus fuere. (*Cathor* proprie cl portus manu factus ^b; quale vernacula nobis ^c *een dok* dicitur; a Graco *λόχη*: que vox assini significatio ne occurrit apud *Hesychium*; *supras*, *do*
χάραν θάλατταν). Cepitque quidem eam par tem urbis *Scipio*, sed, quod difficilis per nosatem ulterior progressio esset, & ipse locus infidis struendis aptissimus, receptum cecinit. Indigne hanc invasionem ferens *Hasdrubal* poltride in captivos Romanorum in murum productos horrendum in modum levavit ^d; ut ita omni spe pacis Carthaginensis ibis erupta iu-folis armis fiduciam iis habendam esse doceret. Hec tamen nefaria facinora timidos potius, quam fortes *Poenos* reddebat: & Senatus palam ex, ut superbe & crudeliter facta detestabatur, ita ut irritatus *Has drubal* etiam *Senatores* aliquot comprehensios interficeret. *Scipio*, ut hostes com eatu, qui terrestri itinere importari solebat, prohiberet, fossam & murum longitudine viginti quinque stadiorum a mari ad mare duxit. Et cito penuria in urbe fecuta est; cum non nisi paucæ naves onerarie, idque raro ad urbem pervenire posset. Sed, ut etiam hoc præsidium eriperet.

a lib. n. 71. f. b Serv. ad Virg. Æn. I. v. 431.
c App. Alex. de l. N. 23.

peret *Scipio*, totius exercitus assidua opera aggerem in ipso mari struxit, quo portus *Carthaginem* clauderetur. Hi vero, multieribus etiam & pueris operam conferentibus opere noctu & inter diu continuato, aliup portum aperuer e: & ex vetere materia repente edifica ta claffe novo ore portu eruperunt tan to cum terrore Romanorum, ut eorum claffem totam facile in suam potestatem redigera posserint, nisi superba intul tione contenti in portum revertissene. Tertio vero die naval i paelio est decer tam; & cum diu varia fortuna pugnat um esset, tandem in urbem refugerunt *Carthaginenses*. Imo adeo defensionem non omiserunt *Poeni*, ut noctu nando vel qua vadous erat mare transfundendo ingen tem trepidationem fecerint: ita ut quodam suorum fugientes *Scipio* transfixerit & transfigi jusserit: ac *Poeni* multis Romanorum machinis incensis natantes domum reversi sunt. Verum tamen *Scipio* auxilia, que *Poeni* foris habebant, pro fligavit: & *Nepherim* urbem, unde maxime commutatus obessis suppeditabatur, cepit ^e. Vere mox ineunte eothinem si ve portum expugnavit: atque ibi tum omnia, quæ tristissimum urbis capta statum miseranda habent, cernere licet: quippe cum per sex dies & noctes continua res acta fuerit recentibus assidue in vicem fessorum submissis. Septimo tan dem die quidam *verbenas* *Esculapii*, cu jas

jus templum in area erat, more suppli-
cum preferentes salutem, quinquaginta
millia virorum pariter ac mulierum, im-
petravunt. Transfuge fere nongenti def-
perata salute cum Hasdrubal in templum
illud excelsio valde loco impositum le re-
cipiunt. Sed Hasdrubal deum etiam sup-
plex ad Scipionem configit: quare intel-
lecta transfugae se cum ipso templo con-
cremarunt. Fertur Hasdrubalis uxor,
dum accendit ignis, acerbissimis verbis
marito patris proditionem exprobraſſe;
aque coperto, duos filios suos jugula-
tos in ignem conieciſſe: & deum etiam
se ipsam immisſe incendio flagrantis pa-
tria b. Urbs deinde incensa est: cum an-
te militibus predam inde agere per plu-
res dies conceſſum esset: dictitur milie-
ta urbis fortune illucrymatis Scipio, ut
antea vidimus capti Syracusis fecisse Mar-
cellum: a que vere *cruelitati lacryma*, ut
fert proverbiū dīcī poliant. Alii di-
cunt, incendium a Carthaginensibus do-
mibus ac templis sponte immisum per
continuos septem & decem dies vix potissi
extingui. Quicquid ejus restit, perire
tandem civitas Romane potenter remu-
ta, f, anno postquam a *Dido* exstructa
fuerat, septingentesimo trigesimo septi-
mog. Vellejus Paternus conditam fuiſ-
ſedi.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 39.
fe dicit anni's ante Romanam LXV. a Justi-
nus vero anni's LXXII. Urbis natalem pre-
vertiffe scribit b. Solo delecte urbis arca-
trum impressum est: quod veteres facere
solebant, cum urbem aliquam plene ablo-
litam, & omne ius civitatis ei loco abla-
tum significare vellent c. Itauit porro e-
tiam aequitas hic & generofus Scipionis
animus, qui sauro neminem, neque li-
bertum, neque servum, de preda quic-
quam accepit, quin ne emere quidem
passus sit d; Siculique etiam statuas &
alia Diis dicata, quae ex coram infula
quondam Poeni evererant, restituerit.
Capte Carthaginis nuncius ingentem Ro-
me letitiam fecit: & statim decem le-
gati in Africam missi sunt, qui cum Sci-
pione eam provinciam ordinarent. Hi
si quid adhuc ex urbe supereſſet, dirui-
jusserunt: & interdixerunt diris devotio-
nibus additis, ne quis ibi habitare vel-
let e: que tamen devotiones ſequenti
tempore, & brevi quidem, ut videbi-
mus, fuerint negleſſe b. Placuit etiam
civitatis Poenorum socias excindere ex-
cepta Utica, cui magna pars agri ab
hostibus capti tributa est. Romani re-
verlus Scipio triumphum egit nobilissi-
mum & crudelissimum transfugas & fu-
gitivi.

a App. Al. lib. n. 52. Val. Max. L. III. c. 2. ex. 8.
ex. 6. b Flor. L. II. c. 15. c Super. L. IV. c. 1. §. 29.
d Epaph. Adag. Ch. Illicent. 4. n. 60. e Flor. d.
f Strab. L. XVII. n. 832. g Vid. Josephon-
ius App. L. I. p. m. 1043. Selin. c. 30.

a Liu. II. c. 6. ubi vid. Schlegk. b L. XVIII.
c. 6. c Horat. Od. I. Ibid. v. 20. Senec. de Clem.
L. cap. 26. l. 21. ff. quib. mod. usur. amitt.
d Plut. Apoph. p. m. 100. e Cic. in Ver. L. II.
c. 1. f App. Al. Pun. n. 83. g Cic. Agrar. L. c.
2. h Vid. Strab. L. XVII. n. 833.

gitivos bellis obiciendo. Ac lata quidem hre fuerunt in specie: verum evenfa Carthago & simula urbs sublata mores Romanorum corripit: & luxus item invalecere coepit, ut initio hujus capitii innuimus; & paulo post latius ostentium sumus.

S. V. Non vidi hoc gaudium Masinissa, quo faciente faciliter deleti fuerunt Carthaginenses: quippe a quo iam detriti essent. Nam paulo ante feisus fredo & morbo Scipionem ob amicitiam, que cum avo eius ipsi intercesserat, arcessit, sed antequam advenisset Scipio, expiravit: cum filii suis praecepisset, ne patrimonii sui divisionem plausimine Scipioni pemitterent. Senex ad mirandum siquicunq; validus: qui, quandiu vixit, interesse prelatis solitus eum semper sine stratore ascendit. Nonaginta annos natus, cum ingressus iter pedibus esset, equum omnino non adscendebat: cum equo, ex equo non descendebat: nullo imbre, nullo frigore (quod tamen in Africa, ubi regnauit Masinissa, grave esse non puto) adducebatur, ut capite operato esset: denique senex qui fuit nonagenarius cum moreretur, quadrigenitum filium reliquille dicitur. Regnauerat annos amplius sexaginta e. Scipio, ut pertinet Masinissa, regnum inter filios ejus divi-

a Suid. V. Magistrorum b Cip. de Sonelli. c. 10. App. Alex. Pian. n. 63. c Cid. l. d. d Istan-
tian. de longavis p. 471. edit. Grav. c App. Al-
bidi. n. 63. Suid. loc. cit.

divit, quos numero quadraginta qua-
tuor reliquerat secundum Europum L.
IV. cap. 11. ita ut natus ex concubinis do-
na quidem multa & lucida tribueret
filii vero legitimis *Micipia* natu maximo,
eudemque pacis amantissimo regiam
Cirtham, regiunque nomen; Guilevi-
to militari, curam pacis & belli; Mana-
siball natu minimo, jurisdictionem in-
ter cives: fed fratribus deinde morbo
absumptis *Micipia* solus regnum obtinuit.
Ac jam deinceps molesto militum ope-
ra ex disjectis historiis Romane membris
opus nobis erit concordandum; cum jan
Zonaras defectu auctorum se hanc histo-
riam continuare non potuisse affirmet.
Is autem Zonaras scripsit ante sex se-
cula.

CAPUT SECUNDUM.

*De bello Macedonico, & de bello
Achaico.*

S. i. A Nno Urbi sexcentesimo quarto S. n. Ori-
cepit. Andromachus hic fuit *Adramytrenus* A. U.
ultima foris homo, (*Lucinus dav. in. 604.*
dol. p. m. 389. fullonis filium dicit) qui
Philippi nomine sumpto Persei Regis filium
se esse, & ex pellice natum mentiebatur,
a traditumque educandum Creteni cuidam
*esse, ut in belli casu, quod ille cum Ro-
manis gereret, aliquod velut femen regne*
fit.

stirpis existaret, *Adramyti* se educatione
usque ad duodecimum annum atatis, pa-
trem eum esse credente, a quo educare-
tur, ignarus generis fuisse sui. Affecte
deinde eo, quum prope ultimum finem
vite esset, detectam tandem originem
suam falsa matre, & libellum datum si-
gno Persei Regis signatum, quem sibi tra-
deret, quum ad puberem etatem veni-
set: obtestationes ultimas adjectas, ut
res in occulto ad id tempus servarentur,
pubescenti libellum traditum; in quo re-
licti sibi duo thesauri a parte dicerentur
cum scientem mulierem, se subditum ef-
fe, veram stirpem ignorantem edidisse genus
atque obtestata, ut, priusquam manu-
ret ad Eumenem res, Perico inimicum,
excederet iis locis non interficeretur. Ergo
Macedoniam turbare conatus, cum a ne-
mine recipere tur^a, in Syriam ad Demet-
riou.

A. U. Regem confudit; (qui Seleuci fi-
lius, Antiochi a Scipione vieti nepos; &
Romæ diu obles fuerat) a quo Romanam in
vinculis missus est b. Sed per contemptum
ii. liberatas magna hominum factio-
rum vim contraxit: multas urbes sibi con-
ciliavit, & regium habitum sumpsit. Imo
602. non tantum regium nomen, & regiam
formam: sed etiam animum regium ex-
plesse dicitur c; & vulgo *Philippus* ob-
simitudinem forme dictus fuit; & a fraude
commissa ab Romanis *Pseudophilippus* d.
Talis

a Zonar. Ann. T. II^r b Liv. Epis. 48. c Fl.
L. II. c. 14. d Cic. in Rull. Or. II. cap. 33. Val.
Max. L. VII. c. v. n. 4. Tac. Ann. XII. 62.

Talis audacie multa passim extant exem-
pla: similibusque impostoribus vulgo haec
nota, *Pseudo*, proponitur: quales, ut
tantum ex historia Romana loquuntur,
fuit paulo post in hac ipsa Macedonia a
Pseudo Persenus, vel alter *Pseudo Philippus*,
qui anno Urbis 611, a L. Tremelio Qua-
storie Praetoris A. Licinii Nerva cum exer-
citū celus est, cum ultro jam castra Ro-
mana oppugnaret: nec diu, post hæc
tempora *Pseudo-Gracchus* b, Julio Cesare
interfecto *Amatus* quidam Marii septies
Consulis filium se mentiens ultionem Ca-
esaris, ut ejus propinquum sibi postulavit
e. Et inferiore etiam aeo inventus est,
qui se *Agrippam Postumum* d Augusti ne-
potem mentirebat: alius, qui *Drusum* e
se; alius, qui *Neronem* f; alius denique,
qui *Scribenum Camerinum* g; et esse di-
ceret. Et Cicero *Cornutum* jocans *Pseudo*
Catensem dictus h, quod eius imitaretur au-
steritatem: atque alibi i se *Pseudo Dama-*
ssipum aliquem inventum dicit, qui, ut
verus ille *Damasippus*, veteres statuas e-
mendo infaniret k. Sed hæc obiter. redea-
mus in Macedoniam.

S. II. Ibi Andriseus multis ad falsam

cujus

§. 2. ip-
sum bel-
lum

A. U.

604

1. a *Euprop.* L. II. c. 15. b *Val.* Max. L. IX. c.
2. c. *Sex. Aur. Villor.* in *Mercello Numid.* c. *Val.*
Max. d. l. n. 2. *Liv.* Ep. 116. App. Al. *Civ.* L.
III. n. 525. 529. 549. d. *Tac.* *Ann.* L. II. c. 33. 39.
Dio L. 57. e. *Tac.* *Ann.* L. V. c. 10. f. *Id.* *Hist.*
L. c. 2. L. II. c. 8. g. *Id.* L. II. c. 71. h. *ad Art.*
L. c. 4. 13. i. *ad Famil.* L. VII. ep. 23. k. *Vid.*
Horus *de serm.* L. II. *Sat.* VII. v. 64.

ejus fabulam, velut ad veram coeuntibus
contrafacto exercitu totam Maccdoniam,
aut voluntate incolentium, aut armis oc-
cupavit: & P. Juventum Pratorem contemptum,
ut videtur, cum tali hoste a-
gentem cum ipso exercitu cedit. Inde
Thracobus in auxilium adfatis in Thes-
saliam transi: que tamen per legatos
Romanos auxilii Achaeorum est defensia.
Anno sequente Q. Caecilio Metello Praeto-
ri Macedonia provincia obtigit: qui cum
magnis copiis eam ingressus est, dum
etiam Attalus Rex cum clavis auxilio ve-
niret. Tum brevi tempore spatio bis
victus Andricus in Thraciam proluit:
sed a Byza Thraciae regulo proditus in
potestate Romanorum venit: & post
biennium a Metello in triumphum du-
ctus est: & Macedonia tum primum
in provincias formam est redacta. Me-
tello a victoria Macedonici cognomen
adhaesit. Verum, ut jam §. precedente
diximus, paulo post, anno scilicet 611,
alter etiam tertie filius, qui te Periei h-
illum esse serebat, a L. Tremellio Flac-
co Quaestore Pratoris Licensi Nerva est
protigatus: cui Tremellius ab hac vi-
ctoria Serfa cognomen est additum:
juxta Varro n. quidem, quod, cum
cohortaretur milites, ut caperent arma,
aque exirent contra, dixit, celeriter se
illos, ne serfa porcos disjecturum: nam

Macro-

a Liv. epist. 50. Flor. L. II. cap. 14. b Eutr.
L. IV. cap. 13. c Flor. A. I. d de Re Re L. II.
cap. 4.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 25
Macrobius a ex faceto quodam evenito
hoc nomen ei datum esse scribit. Ne-
mpe Tremellium, dicit, cum familia at-
que liberis fuisse in villa: servos ejus,
cum de vicino serfa erraret, surreptis
consecisse: vicinum advocatis custodibus
omnia circumvenisse, ne qua effiri pos-
set: eumque ad dominum appellasse, re-
stitui sibi pecudem. Tremellium, qui ex
villico rem compresisteret, serfa cadaver
sub centonibus collocasse, super quos u-
xor cubabat: questionem vicino permis-
isse: cum ventum esset ad cubiculum,
verba iurationis concepisse, nullam esse
in villa sua serfam, nisi istam, inquit,
qua in centonibus jacet; monstrasse quo le-
ctulum.

§. III. Victo Andrico Metellus Boeo-
tos, qui auxilia hosti miserant, magna pe-
culnia mulctavit; quam tempore Phoenici-
bus penderent, quod fines eorum armati
incurrissent; alteram etiam & tertiam Eu-
boensibus, Amphipolibusque; quorum
etiam agros valfasci Boeoti dicebantur. In-
de Populi jussu Achros bello persequi ag-
reditur: cuius bellum, sive praetextus, sive
occasio altius est repetenda: plures enim
fomites, & a longo iam tempore hoc bel-
lum nutritiverant. Nam, quo tempore pri-
mum Graecia exactus erat Antiochus b,
T. Quinctius Zephynthus, nobilem insula-
lam, quam a Philippo interceperant A-
chaei, Romanis restitui fecerat: & ex agro
Messeniorum, quos invaserat Achaeorum

Tom. II.

B

Pre-

a Sartor. L. I. c. 6. b Vid. S. L. V. c. I. §. 6.

Prator, exercitum deducere coegerat ^a, Messenis tamen Achaeorum concilio restitutus. Pratera Lacedæmonii, licet a Philopœmeni Achaeorum foederi fuissent juncti ^b, exiles suos, qui favebant Achæis oram Laconia maritimam hababant, inde expellere consti sunt ^c. Achæi vero eorum conatum autores fili dedi postularunt: sed tantum absuit, ut obtemperarent Lacedæmonii, ut, interfelix Philopœmenis amicis, Romanum Consulem M. Fulvium regarint, ut ie in fide ditioneque Populi Romani recipere vellet. Achæi vero bellum iis indixerunt. Cui finem imposuit Fulvius iubens, ut ultra pars Romanum legatos mitteret: quibus reponum quidem perplexum est datum: at quo ad potestatem suam immodecum augendam ut sunt Achæi ^d. Philopœmen enim coegerit Lacedæmonios, ut dictos modo defectionis autores dederent; qui indicta fere causa contra datam fidem ad supplicium sum traditi ^e. Mox Lycurgi legibus moribus abrogatus Achaeorum institutis aſſueſcere iuli sunt: & cum anno quin-

A. U. gentesimo sexagesimo nono ^f. *Cecilius*
^{569.} pater, puto, Metelli, de quo initio hu-
jus parag. dictum est, apud principes
Achaeorum questus fuisset, durius quam
oportuerat tractatos Lacedæmonios ^g,
repon-

^a *Liv.* LXXXVI. c. 31. ^b *Vid.* S. L. c. 1. S. 2.
^c *Liv.* L. XXXVIII. c. 30. ^d *Vid.* S. L. V. c. 1.
^e *S.* 4. ^f *Liv.* L. XXXVIII. c. 33. ^g *Polyb.* exc.
legat. n. 41.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 27

responsum est ex sententia Philopœmenis & Lycurgi, (pater hic fui Polybii Historici) ^h nihil moveri posse in iis, que ad Lacedæmonios pertinebant; cum omnia recte atque ordine administrata essent. Cumque concilium gentis posceret Cecilius, ⁱ responsum est, „per leges id non prius liceret, quam scripsi pro edidisset, ob quas causas concilium posceretur.“ Ita ut responsum accipere pre ira recusans Cecilius discesserit: & de ea injuria, ut interpretabatur, Romæ in Senatu graviter fuerit questionis. Eodem anno etiam alia legatio in Graciam missa est, cuius princeps fuit Ap. Claudius; qui gravi oratione ita Achæos perculit, ut imperata facturos se esse recuperent, petentes solam, ut de Lacedæmoniis aliquid mutaretur, ne Achæos religione obstringeret irrita ea, quæ jurando sanxissent, faciendi. Atque inde Romæ decretum est, „ut Lacedæmon in Achæico concilio maneret.“ Achæi etiam, ut Romanis gratiam referrent, post aliquot tempus a Perseo sollicitati per literas legatos ejus non admittendos esse decreverunt: quod tamen serius aliquanto factum est. Sed, licet Achæi, si dicto obedientes fore dixissent, tamen non diu post, cum Marcus legatus, Achæos spiritus elatos gerere restulisset, responsum est legatis Achæorum, etiam Lacedæmonii, aut Coni-

B 2 thi,

albid. num. 41. ^b *Liv.* L. XXXIX. ^{ad} 33. ^c
Ibi d. cap. 37.

thii, aut Argivi ab iis se abjungenter,
 » mirari Achaeos non debere, si nihil ad
 » se eam rem pertinere Patres censerent: «
 » quare satis innuebant iupune illos omnes
 Achaeum foedus relinquere posse a. Cum
 que Achai paulo post, spartam iterum
 in concilium suum receptam Romae renun-
 ciasset, legatio eorum benigne accepta est
 b & a Callicrate Achaeorum Praetore, qui
 legatus ad Romanos missus plane alter, ac
 ipsi mandatum fuerat e, in Senatu dispe-
 ruerat, Lacedaemoniorum & Messeniorum
 exiles restituti sunt. Nam dixerat Romae
 in Senatu Callicrates, „ culpam penes
 ” Romanos esse, si minus morigeros se il-
 ” lis Graci præberent: quod non satis se-
 ” rio curarent Romani, ut sibi obtemper-
 ” raretur. “ Aufultaverunt avide his
 monitis patriæ suæ proditoris Romani:
 atque inde Achaeorum res in deterioris mu-
 tari incepérunt. Et indignabantur quo-
 que Achai, quod, cum a principiis Ma-
 cedonici cum Philippo belli omnia præ-
 stitissent Romanis, jam non alio loco es-
 sent, quam quo Messenii, atque Elei,
 qui pro Antiocho hoste arma adversus
 Populum Romanum tulissent e. Et tamén
 Persico adhuc bello legati Romanorum in
 Achaeorum concilio benigne locuti auditi-
 que sunt f: & auxilia ab Achaeis ad Mar-
 cium Consulem sunt misit: quibus ta-
 men

men laboris & impendi gratiam Consul
 fecit, quod nihil opus janib; eis ad hoc
 bellum sociorum auxiliis profiteretur.
 Imo prohibuit Marcus, ne Appio id pe-
 tenti auxilia ab Achaeis in Epirum mitte-
 rentur, nihil ipsi auxiliis opus esse, dicens.
 Confecto tamen bello Macedonico Paul-
 lus Emilius legatos ad Achaeos misit a,
 qui editio evocarent, quos Romanum ad
 dicendam causam sequi vellent. Et ex
 aliis gentibus literis, quos voluit, evo-
 caverat: ad Achaeos legatos potius mit-
 tere voluit, tum, quod fiducia plus ani-
 morumque esse Achaeis ad non parendum
 crederet: & fortissim etiam in periculo
 fore Callicratem, & ceteros criminum
 autores delatoresque; tum, quod alia-
 rum quidem gentium literas ad Perseum
 datas reperisset; in Achaeis cœcum cri-
 men esset, nullis eorum literis inventis.
 Quin legatis Roman missis postularunt
 Achai, ut Senatus ipse, quinam ex iis,
 qui accubabant, fontes essent, qui-
 nam infantes sua sententia declararent:
 sin per occupations hoc facere non
 posset, negotium Achaeis permitteret
 odium suum in sceleris autores offendis-
 sis. Senatus rei difficultate premebitur:
 neque enim decorum videbatur, ut
 ipsi de negocio judicarent: & ruris, si
 injudicatos dimisissent, maximum peri-
 culum creabatur illis, qui Romanorum
 rebus apud Aeacos favebant. Ergo nihil

B. 3 aliud

a Vid. & Paus. Achæit. c. 11. b Polyb. exc.
 leg. n. 53. c Ibid. n. 58. d Pausan. Achæit. c.
 9. & omn. seq. c. LXIII. c. 37. f. Id. LXIII.
 cap. 17.

g Ibid. L. XLV. c. 31. Polyb. exc. leg. nn. 9 &
 Ibid. n. 107.

Ahud responsum est, quam, „ neque ex populonum Achaeorum, neque ex eorum, qui evocati erant, (in quibus erat ipse Polybius) revideri, ut hi in patriam reverterentur b: „ & plurimi fane ac pascui, nam ultra mille fuerant e, in captivitate absunti sunt d. Durissimo hoc responso accepto desperatio quedam Achaeos invasit, qui quidem patre amantes erant: Callicratii verosimilibusque nova spe aucti sunt animi: qui tamen paulo post, cum iterum legatus Romanus destinatus esset Rodum, divertens ibi morbo penitus. Sed Dians, qui ipsi collega datus fuerat, multa in Senatu contra Spartanos exsules dixit: & cum Menalcidas quodam Spartano quidem, sed qui se ad Achaeos olim contulerat commique copiis imperaverant f, acriter, vetum simulate contendit. Senatus iterum respondit, „ legatos in Graeciam esse venturos, qui judicarent ea, de quibus Achaei & Lacedemonii discepabant. Verum legati illi data opera otiose adeo iter fecerunt, ut interea Diax Achaeis persuadere posset, decrevisse Senatum, ut Spartani ipsis obtemperarent: „ Menalcidas vero Spartanos falleret dicendo, „ fore, ut omnino a concilio Achaeorum sejungentur. „ Per has contentiones effectum est, ut Achaei, nequicquam dehortante Metello, Pre-

tore jam Damocrito rufius arma contra Lacedemonios caperent d: qui prelio superati in urbem se recenterunt. Damocritus, cum urbem capere potuisse, exercitum reduxit: &, cum multam quinquaginta talentorum, quae ipsi propterea irrogabatur solvere non posset, in exilium abiit. In ejus locum factus est Diax ille, qui cum Metello pacis, est, ut inducere inter Achaeos & Spartanos essent: donec adessent, qui Romanum judicandi causa adventabant. Sed interea Diax oppida circa Spartam ad amicitiam suam felicitate & praefidis firmat; ut inde in Spartanos crumpere posset. Menalcidas, cui Spartanis imperium dederant, omnibus se exofium videns venenum bibit. Tandem in Graciam venere legati, quorum princeps erat L. Agerias Orofas, qui A.U. 556. Conflui fuerat b, hic in concilio Achaeorum Senatus sententiam declaravit: Scilicet, „ sequum se confere, Senatum, Lacedemonios, Corinthios, Argivos, Heracleotas ad Octam, Orchomenos a concilio Achaeorum sejungi. Vix haec audiens sustinuerunt Achaeorum magistratus: & multititudini ad concionem vocatae expofuerunt: qua ita irritata in Spartanos, qui Corinthi erant, irruit, & multos in carcere conceperunt, frustra legatis Romanorum multitudinem compellere conantibus.

§. IV. Sed jam apud Achaeos Diax in S. 4. U.
B 4 impe-
series
Achaia

a Polyb. exc. leg. n. 122. b Vid. adhuc ib. n. 137. c Pausan. Adh. cap. 10. d Polyb. lib. Q. n. 129. e Paus. Ach. c. 12. f Ibid. c. 21.

imperio successerat *Critolaus*; qui summa bellum cum Romanis cupiditate flagrabat; & simili eo tempore ad concilium Achaeorum missos fuiss^e dicit *Polybius* a homines perditissimos, Diisque invisos. Itaque legatis quidem Romanorum audiencibus concilium Achaeorum iudici^m jubet; clam vero per epistolas civitatum Senatores monuit, ne adfessent. Ita ergo se per absentiam aliorum nihil statuere posse cauiss^e, legatos aliud concilium Achaeorum post sextum mensem exspectare juber. Tum vero rati, palam se ludibrio haberi, legati domum redierunt: & *Critolaus* omnia ad bellum parat, egregiam occasionem putans, quod Romani & Punico & Hispanico bello dissinerentur. Metellus tamen, cum audivisset, pravis adeo consilis res apud Achaeos administrari, adhuc legatos ad eos misit: sed hi ludibrio habiti & cum clamore ac tumultu ejecti sunt ^a, Critola superbe & atrociter cuncta gerente: qui mox etiam Heraclaeum Achaeis parere recusantem circumsedid^b. Vereor tamen, nam in maiis a Romanis austra fuerint, ut causa belli appareret speciosior, quam sine eo vix justam futuram fuisse ex tota rerum serie patet ^c. Metellus porro, qui jam bellum Romae contra Achaeos secretum esse, & Mummiuum sibi successorem

REIPUB. ROMAN. LIB.VI. 33
forem adventare intellexisset, adversus Critolau[m] ducit. Nec hic, licet loco illo difficillimo apud Thermopylas confisteret, Metellum exspectare fuit ausus: & Metellus fugientes hostes affecitus multos eorum interfecit, multos vivos cepit. *Critolaus* ipse post pugnam nusquam apparuit. Achaeorum imperium ad Diatum rediit: ilque exercitum, nec magnum, nec bonum subito contrahit. Et pudenda etiam imprudentia ex parvis adde copiis quatuor millia hominam Megaram in praesidium mittit. Metellus vero jam Thebas, quæ se Achaeis junxerant, infello agmine contendebat: easque incohis vacuas ingressus servari jussit. *Megarense* etiam in deditiōnem recepit; cum Achaeorum praesidium jam inde ausfigisset. Hinc omnimodo finem bello imponere studens conditiones ultra Achaeis tulit: quæ itolide a Dixo repudiatae sunt.

S. V. Sed jam venerat in Graciā Mummius Conful, cum Metelli de Achaeis viatorian accepisset, veritus, ne omnibus belli confecti gloria penes Metellum esset. Itaque quamprimum ad exercitum advenit cum in Macedoniam cum copiis suis ponite...
S. 5.
Mum-
mius
bello fi-
nem im-
ponit

etiam auxilia quendam Italicas, quæ duodecim circiter stadiis (hora dimidiatae hoc fete ei iter) a castris excubabant, in castra refugere compellunt, quibusdam etiam existi capisque scutis quingentis. Quo succel-

B 5 in

^a Loco medo cit. ^b Polyb. ibid. Flor. L. II. ^c 16. Vid. Cie. pro La Max. c. 5. ^d Vid. Jac. Gorfredi orat. polit. Ill. qua Achaeica, seu de caspiss interitus resp. Ach. inscribitur.

su clati quidem sunt Achæorum animi : sed cum acie instruēta eos aggressus esset Mummius , postquam aliquamdiū repugnassent , in fugam fēse dederunt . Et ipse Dīxus Megalopolitanus nuncium accepta cladi & imminentis calamitatis attulit . Ipse , uxore , ne ad triumphū dēdecent superviveret , manu sua interfecta veneno hausto occubuit , cum , si Corinthum se receperisset , fortasse a Mummiō obſidionis radium non ferente aequo paulo conditiones sibi & suis obtinere potuſſet . Illi vero Achri , qui post pugnam Corinthum conqueſtārunt , favore noctis cum multis etiam Corinthiis civib⁹ clamabebant . Mummius infideli veritus urbem , apertam licebat , ingredi aūfis non eſt . Tertio deenū die eam cepit ; & direptam tuba præſente a delevit . Ornamenta , aurum , argentinum , vesteſ pretioſe , signa præterea , tabuloque exquisitiſſima artis Romani erecta (quibus non tantum urbs , ſed tota Italia eſt exornata) curam poſſidendantur earum renum , qua rixidum Romanis note erant , intulerunt . Plurimas tamen res maximi pretii , ut in urbe totius Graecie opulentissima , (quippe que opportunissimo omnino ad mercaturam exercetandam loco ſita eſt , duobusque portibus ad duo maria , que Isthmus Peloponnesi faciunt , iuſtructa ; unde limavis Horatio e dicitur) & luxui ita dedita , ut res in pro-

proverbium abierit , ignis abumpſit . Quin ferunt incendio permixtis plurimis ſtatuis , atque ſimulacri aris , aut arque argenti venas in commune fluxisse ; unde pretiosissimum illud ² Corinthium confuxerit : in quo luxus Romanorum immensum deinde inflanvit . Sed putidissima hæc eft fabula ; & plane indigna , que arguantur ; cum jam ſeculo ante deletar Corinthum artifices illi nobiles , quorum signa & vaſa Corinthia dicta ſunt , (quod nempe in urbe luxurioſa maxima artificium talium eſſet copia) eſſe deſerint , ut ipſe Plinius docet ⁴ , qui paulo ante vulgarem opinionem tradiderat . Et Plutarchus alias origines ejus aris refert ⁵ , quas itidem fabulosas eſſe dicit . Notanda hic eft Mummius (qui ab hac victoria Achæi cognomen habuit) antiparadiso , quam rudimenta dicere poſſis : qui cum maximorum artificium perfectas manibus ſtatua ac tabula in Italiam portandas locebat , juberet prædicti conducentibus , ſeasperdifidient , novas eas reddirentur ⁶ . Ita

B. 6. ut

² Unde uncta Corinthus eft Juven. S. VIII. v. 113. dicens Kœnig. Hom. lib. B. v. 570. Koer. ſic eti. ſcenationibus indulgere Steph. de Urb. & ex eo Erasm. Ad. Ch. IV. C. III. nn. 69. Euf. ad d. Hom. l. p. 219. ed. Basil. v. Flor. d. 1. c. Vid. Cic. pro Sex. Rose. Am. c. 4. in Ver. L. II. c. 19. 24. 72. L. IV. c. 1. 23. 44. 59. Tuſc. Quæſt. L. II. c. 14. C. d. H. N. L. XXXIV. c. 2. Clib. cur nunc non reddat Pythia or. carm. Vid. O. Bochart. Hieroz. L. VI. c. 16. f. Vell. Patere. L. I. c. 13.

³ Flor. L. II. c. 16. b. Cic. in Verr. L. I. c. 21. Plin. XXXIV. c. 7. & Od. l. 7.

ut nihil mirum sit, nec magnam ea re-
laudem meruerit Mummius, si res, qua-
rum pretium non noverat, non desiderans
iis in privatum suum usum conver-
tendis absconditur *a.* Ita Corinthus, ro-
tius *Gracia lumen*, ut eam appellat Ci-
cero *b*; & alter cum *Carthagine oculus*
rei maritima, ut idem loquitur *c*, delecta
est. Fuitque hic finis urbis finul fa-
molum, & celeberrime quoque Achorum
Reipublica. Coepit et circa annum
Urbis 472. annis fere trecentis ante
Christum natum Olympiade CXXIV.
Initium ejus fuit a *Dymais* tantum &
Patrenibus; quibus variis postea tem-
poribus aliae accessere, que arctissima so-
ciata inita unum fodus, unam Rem
publicam constituerunt: cuius iustitia &
aequitas adeo celebrata fuit, ut aliae se-
pe civitates ad earum arbitrium iuvetin:
& multi saepe Reges, ipsique Romani
amicitiam eorum expetiverint. Prater
federis unus, qui Romanis *Prator*, A-
chaicis *Strategus* dicebatur, modo ex hac
modo ex illa civitate virtutis cauilla sum-
pus: iisque anno fere, quandoque longi-
ore spatio summa rerum praefectus erat.
Creasbat comitiis gentis, quia bis quo-
tanis, nisi extraordinarium quid evenif-
feret, habebantur: & adjunctos sibi ad sum-
mam Rempublicam curandam habebat *De-*
mum

a Vid. Cic. in Verr. L. I. c. 21. & Parad. V.
c. 2. & Off. II. c. 22. b pro L. Manil. cap. 5.
c de Nat. Deor. L. III. c. 38.

et iugos decem. Post annos tamen duos
supra centum Corinthus restituta est a
Caesar Dicatore a ultimo eius vice an-
no b simul cum Carthagine, que etiam
hoc eodem anno deleta fuerat. Et brevi-
us adeo reforuit, ut inter celebriores
turis Romani Imperii conserni potuerit:
quod vel ex *Actis Apostolicis c*, & *Epi-*
solis D. Pauli liquet d.

§. VI. Capta Corintho Mummius alia-
rum etiam urbium, que contra Romanos
bellum gererant, muros dejectis, armis
quoque ademptis: idque ante quam le-
gati a Senatu Romano ad provinciam
ordinandam missi advenissent. Postquam
veniensque populare regimen ubique ab-
levit, magistris ex consu. instituitis.
Concilia singularum Graecia nationum fu-
stulit. Ne locupletes extra fines quisque
regionis suæ agros possiderent, vetuit.
Sed post breve tempus a Senatu hac re-
missa sunt: ut etiam maxima pars tribu-
torum que instituerat Mummius. Procon-
sul autem, qui in has regiones mitteba-
tur, non *Gracia*, sed *Achaea Proconsul*
dictus est: quod *Graciæ* Romani per
Achaos, tunc *Gracia* principes, subge-
rantur. Mummius in Urbe reveritus splen-
didum egit triumphum *f*; & licet maxi-
mas in atrium divitias intulisset, nihilo
inde

§. 6. Or-
dinatio
provin-
ciar. A-
chaea &
Mace-
donia

a Pausan. Corinth. c. 1. & 3. b id. Eliac.
pr. c. 1. App. Al. Punic. ipso sc. Die. L. XLIII.
vers. f. c XVIII. 2. ubi videmus. Procos Achaea
ibi egisse. d Vid. II. Cor. I. I. IX. 2. XI. 10. e.c
quibus locis colligitur, eam caput Achaea suisse.
e Paus. Achaea. c. 16. I. Virg. Ene. LVI. v. 836.

inde locupletior factus fuisse dicitur^a. Macedoniam provinciam eodem anno ordinavit Metellus; cui, licet bis iam antea victa fore, suis tamen legibus vivere permisum fuerat^b; eique etiam vicina quaedam & nunc & sequentibus temporibus fuerunt adiecta^c. Videri porro metentur, quæ de summa hujus viri felicitate notat Vellejus Paterculus L. 6. c. 11.

CAPUT TERTIUM.

BELLUM VIRIATHICUM; & Numantinum.

S. I. Ori. §. I. **V**Idimus Libri quinti capite primo §. 1. in f. seclera immania Galba Pratoris in administratione Hispania province commissa: atque eam præcipitam causam belli Viriathici fuisse diximus: cui tamen etiam Luculli injuria, de quibus eodem egimus, accesserunt. Qui enim ex horum ducimis levitia, reliqui erant ad decem milia

A. U. congregati Turditanum incurabant. Profecti est adversus eos Prator C. Verilius; eosque in locum quendam difficillimum compulit. **A. Ibi**, cum jam cum Romanis pacierentur, Viriathus (qui ex venatore latro, ex latrone subito Dux arque Imperator a Floro e factus dicitur; cum potius praestansissimus patris sua adversus scelosissimum presidum injurias defensor

fue-

a. Cie. de Off. L. II. c. 22. b. Vid. Flor. L. II. c. 14. c. Vid. Sigan. de ant. jure prov. L. I. c. 8. d. App. Al. Hisp. n. 289. e. L. II. c. 17. Liv. Epit. § 2.

sterr.) suos perfidia & crudelitatis Romanæ admonitos fortitudine suis & prudentia conservavit; etiamque virtutum fama plurimum augmenti partibus suis attulit. Vetilium ergo primum magnum clade in falso quodam superata; qui a milite, a quo captus erat, occisus est, ut homo nullius pretii, quod senecteum & obesitate corporis deformem videt. **A. U.** Sequent ruris anno Viriathus successorem. **C.** Plantium Hyppum bis prælio fudit; qui ita a media jam æstate hybernare coactus est, niquam prorepere ausus; sed liberum populam cursum Viriatho permittens^a. Hic ergo fortuna sua usus Anno Urbis sexcentesimo **A. U.** sexto Claudiū Unimatum^b, & anno 605. sequente. **C.** Nigidium Pratores oppresit^c. Ita ut tandem hoc bellum magis & consule imperium expolcere videretur. Igitur anno sexcentesimo octavo missus est in Hispaniam Q. Fabius Maximus **Aemilianus** f. Aemilius Pauli, qui Perseum vixerat; filius Scipionis; qui Carthaginem neverat, frater fuit^d qui, cum continuo bellis urbana juventus esset exhausta, exercitum tironum in Hispaniam duxit: & pugnam detrectans exercitus continuo militem suum erudiit, & confirmavit: atque ita Viriathum, licet fortiter præliarem, in fugam vertit, duabus etiam urbibus captis. **A. Quintilio** anno ante adventum Fabii victimum fuisse Viriathum, dicit Apianus: sed videtur in horum annorum historia auctor ille &

muti-

mutilis & corruptus esse: & certe Fabium Maximum Amilianum Confulem anni sexcentesimi octavi confundit cum fratre adopivo *Q. Fabio Maximo Servitiano* Confule anni sexcentesimi undecimi. Viriathus tamen strenue bellum reparavit, populis etiam quibusdam bellissimis a societate Romanorum abduxit; interque eos Numantinis: cum quibus mox bellum, quod separatum narrari mereatur, gestum fuit. Superior tamen adhuc fuit Fabius, Viriathum, qui Romanos agmine procedentes aggredi fecerat, repellendo: sed dum fugientes inseguuntur Romanus, Viriathus confusione eorum animadversa idonea eos strage afficit: ita ut Romani non nisi noctis supervenientis beneficio servarentur. Eodem tamen, nec noctu, nec interdiu lassellere Viriathus cessavit: verum tandem inopia commeatuum in Lusitaniam recessere coactus est. Fabius Servilianus cum abeuntem Viriathum asequi non potuisse, oppida plura diripiuit; quibusdam veniam dedit. Ex decem milibus captivorum, quos habebat, quingentos securi percussit: reliquos in servitatem vendidit. Additur etiam horrenda Servilius se veritas, qui transfigi capitis manus ^a, vel dexteras saltet. (ita Frontinus *Strateg.* L. IV. c. I. ex 43.) praecepsit. Amilianus vero, dum hostem persequens urbem quandam ejus obsidet, nocturna eruptio ne inde deturbatur non tantum, verum in-

*A. U.
614.*

a Val. Max. L. II. c. 7. ex 11. App. Al. n. 293.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 41
in loca etiam iniqua, unde evadere non erat, compellitur. Ibi prudenter & generose fortuna usus Viriathus, & gratiam praterca magnum a Romanis iniiri posse ratus, foedus cum Fabio pepigit, quo amicus Romanorum dicebatur; sociique eius agri, quos possidebant, permittebantur: eamque pacem Populus R. tam habuit, si Appiano fides sit.

*S. II. Verum anno statim sequente Q. S. 2. Hu-
Servilius Capio Fabii frater & successor jus belli
a Senatu impetravit, primo, ut clam qui- finis
dem, pro libertu tamem, Viriatho incom- A. U.
modare posset: & mox, ut aperte bellum 612.
infere licet. Viriathus autem paucitate suorum coactus prudenter adeo recel-
lit, ut non sentirent Romani, quo se pro-
ripulisset ^a. Hinc porro tres, quos ex amici-
tis fidissimos putabat, ad Capionem de
pace acturos misit. Eos Capidonis pro-
missisque corripuit, ut Viriathum interficerent. Atque ita fraude potius & fe-
lere, quam virtute oppressum vir fortissi-
mus perit ^b. Europius tamen Capionem
eius sceleris ignarum facit: interactoribus enim Viriathi premium potentibus
respondisse refert, Nunquam Romans pla-
ciisse, Imperatorem a suis milibus inter-
fici. L. IV. c. 6. Milites quidam Viriathi
novum sibi Imperatorem creantur Tan-
talum nomine. Sed ille mox a Capione
exercitum tradere coactus fuit. Ipsi mi-
litibusque, ne rapto vivere cogerentur,
agri*

*A. U.
614.*

*a Appian. n. 296. b Vell. Pat. L. II. cap. 21.
Ibo. c. 54. Val. Max. L. IX. c. 6. n. 4. Sex.
Agr. Vell. Flor. L. II. c. 17. -*

HISTORIA

acti satis magni donati sunt. Is finis bello contumelioso fuit; quod per viginti annos gestum fuisse dicit Vellejus Paterculus: non satis recte, eum ita bellum Numanticum cum Viriathino confuderit, ut ex sequentibus patebit. Alii alter de hujus belli duratione loquuntur: sed omnium optime Trogus Pompeius, qui temporibus istis proximus fuit. Ex eo Iustinus dicit ^a, Viriathum annis decem Romanos varia victoria fatigavisse.

^{§.3. Bel-}
la Bruci
cū Cal-
laicis.

^{a. v.} 615.

S. III. Sed supererat bellum ad exemplum & occasione Viriathini in Lusitania exortum: nam multa inde latronum manus provinciam Romanam incurrisse dicebantur. b Itaque anno sexcentesimo decimo quinto C. Junius Brutus Consul bellorum in ulteriore Hispania reliquias tollere jussus est: atque is, cum assequi hostes non posset; obvia quoque diripuit. Inde trajece Durio fluvio, obsidiatusque a deduciliis acceptis, pervenit ad fluvium; quem Limiam, vel Limam Geographi dixerunt: hodieque is Lima dicitur, prope cuius ortum est urbs Viana. Is fluvium etiam obliuionis Graecis r̄ḡ dñs dicetatur: male enim apud Appianum c. 8. Aeneas vocatur, quemadmodum etiam apud Livium & Oblivite; quod aliquando Hispanorum exercitus eum transgressus ob exortam seditionem ibi fuerit dispersus, reditus ita obliuissens e. Brutus etiam ultra hunc fluvium aliquot opida subegit egregia ubique clementia usus

a LXLIV. c. 2. b App. l. n. 294. c n. 294.
dēpīt. n. 55. c Strabo L. III. n. 154.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 43

ut: licet satis fortiter repugnasset Hispani, ita ut etiam mulieres mori, quam epi se malle ostenderent. Is etiam, qui sub Viriatho militaverant, agros oppidumque dedit, quod Valeria vocatum est: hodieque eo nomine appellatum inter pricipias Hispaniæ urbes suo merito censemur. Ex his victoribus in Callacorum vel, Callacorum regione, (quæ hodie Gallacia) obtentis Callaci cognomen Bruto honoris ergo datum est. Et per aliquot adhuc annos ulteriorum Hispaniam obtinuit; cum anno denum sexcentesimo vigesimo primo Romans ad triumphum decellerit. Et hac in ulteriore Hispania gesta fuerunt.

S. IV. In citeriore vero per eosdem annos bellum tuum cum aliis, tum præcipue cum Numantinis gestum fuit. Fuit manū Numantia urbs Hispanie Tarraconensis, num. &c. in ea quidem regione circiter, que hodie Castilia Vetus dicitur; cuius ruderia ad Pastem Garni non longe ab exortu Durii fluminis superesse volunt. Hos cum ad bellum concitasset Viriathus, Q. Cecilius Metellus Macedonius Consul anni sexcentesimi decimi, adversus eos missus fuit e. Alii initium belli a Romanis ortum fuisse tradunt: nec ullius proponendum belli causam. Injustiorum fuisse d. Sed vidimus libro præc. cap. 7. §. 1. Celtiberis bellum fuisse illatum, tum

a Appian. d. l. n. 296. b P. Merula Oſſm.
P. II. L. II. c. 19. c App. Alex. Hisp. c. 297.
d Flor. l. II. c. 13.

tum ob alias caussas, tum quod urbem Segedam munivissent. Vidimus præterea Fulvium Nobiliorum Consulē, dum fugientes Celiberos persequitur, etiam Numantiz moenibus exercitum adnovidisse: Numantinosque facta eruptione (licet ignorasse videantur, ac hostili adverius eos animo advenissent Romani) multos Romanorum occidisse, sed non sine magno suo malo: ita ut non adeo injusta huius belli causa videri possit, quam a Floro fuisse dicitur ^a. Recte etiam ex hac historia collegit Strabo ^b, per viginti annos cum Numantinis bellum gestum fuisse: quo tamen non semper isdem animis, aut viribus fuit administratum. Fuisse tamen etiam inter gravissima bellum hoc ex Cicerone patet, qui dicit ^c, bellum cum Celiberis gestum fuisse, uer eſſet, non uer imperare. Gestum fuit anno Urbis sexcentimo primo a Consule Mariello; isque Numantinos in urbem compulit ^d: sed, cum succelforem Lucullum adventare intelligeret, obsides, quos iam dederant Numantini, reddidit: ut bellum, priuquam adveniens Lucullus, sublatum foret ^e. Quam perfide porro Lucullus cum Populus Hispanus egredit, jam vidimus: ita ut nihil mirum fuerit, si Viriathus Numantinos alioisque a societate Romanorum abducere potuerit ^f. Præclaras tamen res in Hispania gestae dicuntur anno Urbis sexcentesimo & unde-

^a Ibid. ^b L. III. n. 162. ^c Offic. L. I. cap. 12. ^d App. Alex. n. 283. ^e Vid. Supr. L. V. c. 7. §. 14. ^f Vid. App. Al. n. 292. Supr. §. 1.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 45
 undecimo Metellus Macedonicus, ita ut etiam Celiberici cognomen merito cum ferre potuisse dicat Florus ^a: qui & Contrabiam & Nersobriges memorabiliter cepisset exemplo, & maiore gloria pepercisset. Ei in imperio succedit ^b Pompejus, A. U. (primus hic ex gente Pompeja ad tantos honores pervenit ^c) qui copias præclare exercitatas a Metello accepit. Hic vero, cum quotidie copias suas Numantinorum visitationibus minuti cerneret, Termantiam urbem aggreditur: sed etiam inde repulsum Maliam oppidulum, quod Numantinorum praedium tenebatur, civium dolo capit; & mox Tanginum latronum principem (Romanorum more loquor) vicit: apparuitque in captivis fortitudo, sive potius rabies vix credenda: quippe quorum quidam seipso, ali emptores suos interficerent. Hinc Numantiam reversus fluvium quandam in planitem derivare conatus est: sed, & opus facientes & frumentantes Romanos magno damno hostes multabant: ita ut Pompejus tot cladi bus fatigatus magnam hyemis partem in castri ageret. Sed etiam inde, tum morbis, tum clade satis magna a Numantinis accepta coactus in oppida se recepit reliquum ibi hyemis transacturus ^d. Ne tamen nihil egisse videretur, præfertim cum vereretur, ne ob rem male gestam dies ipsi diceretur, clam cum Numantinis de pace agere coepit: nec abneue-

^a Vell. Pat. L. II. c. 21. ^b App. l. prox. ^c Appian. Ibid. n. 299.

abnuerunt pacem Numantini plurimis, que fert bellum etiam prospere gestum, malis fracti. Itaque palam quidem (dignitatem scilicet Populi Romani servatus) hortabatur, ut se Romanis permisserent: clavis vero ostendebat, que facinus esset. Atque ita ab iis oblides, captivos, transfigas, partem tringita, pactus erat, talentorum t accepit: par temque exspectabat, cum successor ei ve-

A. U. mit, *Conf. M. Papilius Lanus.* Ibi Pompejus, qui sciret, se ea, quæ cum Numantinis pepigisset, nec Populo, nec Senatu probaturum esse, quicquam transactum esse negavit: cum autem facile pluri monum testimonio revinceretur, res ad Senatum rejecta est; cui bellum cum Numantinis geri placuit ^a. Atque idem Papilius anno Urbis sexcentesimo decimo quinto, dum Numantiam oppugnat, subita eruptione funditur, fugaturque ^b. Itaque rursus Consul contra Numantinos

A. U. missus est C. Hebilline *Mancinus*; qui ad versu omnibus prodigiisque multis numeratis profectus dicitur ^c. Is sibi cum Numantini congressus & semper victus, denique, cum magna auxilia Numantinis adventare, fallo diceretur, in desperata quandam Fulvii Nobilioris castra fugiendo contendit: qua fuga Numantini nunciata subito eum infecuti sunt Numantini: atque ibi a quatuor millibus ho-

^a Philipp. 18000. a Cie. Off. L. II. cap. 30.
^b Liv. epist. 55. Frontin. Strat. L. III. cap. 17.
^c num. 9. c Jul. Obseq. deprod. c. 22. Liv. d. l.
Auctor. de vir. ill.

hostium viginti millia Romanorum cesa dicuntur. Cumque cum exercitus sui reliquis in locum iniquum, unde nullum patebat effugium, inclusus obsideretur, pacem flagitatum legatos ad hostes misit ^d. Numantini, se ulli Romanorum praeterquam *Ti. Gracch*o (Quos hoc erat Mancini, Gracchi illius filius, qui quondam rebus egregie in Hispania gelis pacem etiam cum Numantinis fecerat ^e) fidem habituos negaverunt. Et ita Gracchus quadam concedendo, quadam impetrando fodus fecit: & viginti millia civium Romanorum servavit, praeter cales & lixas. Castra Romana diripuerunt Numantini: cumque in iis etiam fuissent tabulae, quibus rationes questu re gesta continebantur, Gracchus eas recepturus Numantinorum rogatu urbem eorum ingressus est; & cibo cum illis capto tabulis recepit, ex reliqua prædā nihil, praeterea ad publica facta, licet plurima offerrentur, accipiens. Offendit tamen hac pace plurimos, qui exemplo Consulum, qui olim Caudini pacis autores fuerant, cum Numantinis dedendum censebant ^f. Et ipse quidem Mancinus rogationem, quam Tribuni de deditione sua ex Senatusconsulto cerebant, suauit ^g; & Populo jubente & hostibus est deditus a Confule anni sequenti *P. Furio Philo*. Sed cum ab iis minime recuperetur ^h, & suis & hostibus miserum

ipe.

^a Plut. Gracch. p. m. 826. b Vid. S. L. V. c. 4. §. 9.
^c Plut. Gracch. p. 827. d Liv. epist. 56. e Plut. d.
l. Cie. Off. L. III. c. 30. f App. M. Hist. n. 302.

spectaculum prebuit, ad noctem usque
vindex & nudus ibi perstare coadius.
Hinc, cum Romani reversus in Senatum
venire non dubitasset, P. *Rutilius Rufus*
Tribunus pl. eum de Senatu educi iussit,
quod eum civem esse negaret ^a. Lege
tamen lata potest civitatem non tantum
recuperavit; sed Praetoram quoque ges-
sisse dicitur ^b. Gracchus vero Populus pe-
percit; quod summa apud eum gratia
valeret: & ejus causa etiam aliis, qui
ei foederi faciendo adfuerant. Maximis
vero in Urbe turbis hoc negotium occasio-
nem dedit: unde potest (aliis tamen cau-
sis accedentibus) diriones, bella civilia
& denique interitus Reipublice eff ortus.

S. V. Verum hæc Mancini clades aerius
Romanos ad bellum hoc persequendum
incidens. Ergo M. *Æmilius Mancini* in
consulatu collegam contestans ei succede-
re Senatus iussit. Hic, dum Roma de pace
discepitur, eum impatiens Vaccæs bel-
lum intulit, Numantios ab iis adjutos
falso-criminatus. Palantium quoque præ-
cipuum eorum urbem nullius pacti vio-
lati ream oppugnat: vocato etiam in so-
ciatem sceleris D. Bruto, qui ulterio-
rem Hispaniam obtinebat. Nec profuit
miseris, quod legati Roma venientes Vac-
æs bello petere vetabant, dicente Bruto
& scribente ad Senatum, „Hispanicarum
v. rerum statum Romanus non satis esse co-
„gnitum; Numantinos a Vaccæs omni
„ratione fuisse adjutos; periculum esse,

^c ne,

^a Cic. de Orat. L. I. c. 40. b l. ult. ff. de leg.
Sex. Afr. VIII. de vir. ill. Vid. Cic. Topic. b. 8.

REIUS ROMAN. LF. VI. 59
ne, si hostem se metuere, ostendissent
Romani, omnis Hispania rebellaret.^d
At non felicius, quam æquus id bellum
Romani gesserunt, coacti tandem pluri-
mis malis, & magna suorum clade Pa-
lantie obfudionem solvers ^a. Itaque me-
rito imperium *Æmilio* abrogatum, &
multa dicta fuit. Sed hac damnatione
misera provinciæ calamitates non tolle-
bantur: nam anno Urbis sexcentesimo ^{A. U.}
octavo decimo Q. *Caepurnius Piso* Con-
sul in Numantinorum quidem fines non
duxit exercitum, a fortitudine nempe co-
rum sibi metuens: at *Palantinorum* fines
ingressus, præda exigua inde abacta, quod
supererat temporis imperii sui in *Caspe-
tanis* hyemando consumpsit. Ita jam Po-
pulum Romanum trædebat tum ducum,
tum bellum, quod opinione & longius &
difficilis acciderat. Igitur P. *Scipio*, qui
Q. *Fabii Maximi* fratri sui filii questio-
nari comititis in campum descendebat,
Consul iterum creatur, solitus legibus, ^{A. U.}
qua verabant, ne quis bis Consul foret ^b.

b. (Lata ea lex fuerat A. U. 603. au-
tore Catone: abrogata est rurio An.
649, in favorem Marii.) Hic statim in
Hispaniam profectus omnia ignavia, fa-
ctionibus, luxu corrupti reperit. Ergo
ante omnia constitende disciplina ani-
mum applicuit d; lixas, scorta, hariolos,
sacrificulos castris expulit; superstitionem
Tom. II. C etiam

^a App. Al. u. 302. ^b Cis. Lallio c. 3. Liv. epit.
56. Val. Max. L. VIII. c. 15. n. 4. ^c Vid. Foff. V.
Pavimenta. ^d App. Al. d. 1. n. 303.

50 HISTORIA

etiam inter causas conlernationis militaris reputans. Quicquam præterea in castra, nisi quo plane carere non possent, inveni vobis: cibis, carne rancum affa elizare, ut voluit, ut docet Frontinus *Seratag.* L. IV. cap. 1. ex. 2. Lipsius quidem (*Milit. Rom.* L. V. dial. 16.) locum Frontini emendare se dicit, addens voculas: a se; quam a te affa elizare &c. eaque emendatio olim placuerat *a*. Sed inspecto diligenter Appiano *b* video, illum idem tradere. Ergo puto, voluisse Scipionem, ut abstinenter cibis delicioribus, & paratu difficilioribus; quales, exempli gratia, habebantur pices, acipenser *c*, mulus *d*, aut scarus *e*, aut murana *f* &c. cum tubera, boletus, &c. *g*. Scipio certe attenuissime curavit, ut omnibus modis labore, & obedientia milles assueceret: nec antea castra urbi admovit, quam satis restauratam disciplinam cerneret. Tum etiam in Vaccais, unde commeatus accipiebant Numantini, omnia vastat; exercitumque per varia loca circumducto in fines Numantiorum hybernatum redit; & ibi *Jugurtham* Massinissæ nepotem cum auxiliis ad se venientem excipit. Inde geminis castris proxime Numantium positis, cum Numanti-

ni

a Vid. neferum Comp. Ant. R. S.V. c. 5. §. 20.
fin. b Iacop. cit. c Horat. *Serm.* II. 11. 47.
Macr. Sat. LIII. c. 16. d *Plin.* LIII. c. 17. *Juv.*
S. IV. v. 15. *V.* v. 92. e *Macr. l. d. Gell.* L. VII.
c. 16. f *Ibid. Hor.* S. III. VIII. v. 42. g *Juv. S. V.*
v. 116. 147. XIV. 7. Marti pl. LIII. n. 60.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 51
n frequenter Romanos ad pugnam provocaret, sprevit eos ac risit, imprudentem fe ore dicens, si cum desperatione efferratis configere, quia fame eos perdolare mallet. Atque in eum finem magis operibus extrectis arctissime eos inclut. Efaerant tamen, qui supplicium more proximas urbes circumirent, ut auxilia confanguineis suis ferreut, orantes: quod Romanorum metu negatum est; nili quod *Lutis*, opulentii oppidi, juventutem civitatem suam ad subdia mitenda permoverit. Scipio ejus rei a proceribus urbis certior factus citissime eo advolat, utque sibi traderentur juventutis principes iubet; quibus, numero quadrigentis, manus amputat. Inde Numantiam versus regreslus, ubi jam humanam carnem cibi loco adhibere famis coegerat, urbem tandem in deditioinem recipit, paucissimis civium superantibus; cum non armis tantum & fame, sed etiam voluntaria morte plurimi perissent. Capta *A. 7.* anno Urbis sexcentesimo *620.* vigesimo: & sub fine anni sequentis Scipio ordinata provincia de Numantinis triumphavit. Auctores sunt, qui etiam ab hac urbe vieta *Numantini cognomen* habuisse Scipionem dicunt: sed verius videtur, illud non usurpare Scipionem, licet forte a Populo ipsi tributum fuerit; cum nusquam in marmoribus ipsi id tributum legatur.

C 2

CA-

a App. Alex. *Iber.* n. 308. *b* Ovid. *Eust.* I. 1.
v. 396. App. Al. d. l. n. 311. Sex. Aur. Vill.

12 HISTORIA

CAPUT QUARTUM.

De bellis cum Liguribus, & Gallis.

§. L **V**idiimus libri precedentis cap. 7.
§. 2. viatos quidem fuisse ab
Opimio Consule A. U. 599. Ligures:
sed ita, ut plene pacata provincia non
fuerit: quod idem de Gallis Ligurum
vicini intelligendum est: quemadmodum
videmus, Julian Obsequentem cap. 16.

A. U. 602. dicens, in Gallia anno sexcentesimo pri-
mo prospere pugnatum fuisse. Sed penu-
ria auctorum historie hujus temporis pars
magna in obscuru latet: nisi, quod ex
eodem Obsequente cap. 19. videmus, an-
no Urbis sexcentesimo decimo Salastros,
gentem Alpinam, Romanis aliquantum clae-
dem intulisse: quam tamen ab Ap. Clau-
dio Consule fuisse reparatam quinque
millibus hostium occisis narrat Orosius
L. V. c. 4. eamque gentem tunc a Clau-
dio dominat fuisse Scriptus Livius; ut ex
epitome eius quinquagesima tercia intelli-
gitur. Cumque ob cladem acceptam
triumphus ipsi negaretur, infami ambi-
tione & impudentia iuriis privatis sum-
ptibus triumphavit. Ergo manu ei
injecit Tribunus plebis, ut curru eum
detraheret: verum filia Appii *Claudia*
Veltalis (Suetonius b fororum facit) di-
gnitate facerdotii sui Tribunum repulit c.
Hinc

a Oros. l. c. b Tiber. c. 2. c Val. Max. l. 1V.
c. 4. ex. 6. Cit. pro Cal. c. 14. Suet. Tib. c. 2.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. • 55
Hinc per aliquot annos nihil in historiarum
monumentis reperimus: quod Gallos, aut Ligures spectat: donec anno
Urbis sexcentesimo vigesimo octavo cum
Gallis Transalpinis etiam bellari ceptum
est: cum importuno Patribus Consuli M.
Eulvio Flacco bellum aduersus Gallos man-
datum fuit: ut suo loco porro docebimus.

CAPUT QUINTUM.

De bello Servili.

§. L **D**um ita ab omni parte auge- §. 1. Ori-
tur Respublica, etiam ange- go belli
bantur res privatorum; &c, ut fieri solet, Servili:
cum divitii luxus. Eius rei hoc capite
specimen tantum dabimus, plura libro
sequentia dicturi. Ex continuis, que vi-
dimus, bellis maximam vim fervorum,
ut facile intelligitur, habebant Romani;
cum, non intercessere, sed (id, quod hu-
manitas simul & utilitatis ratio suade-
bat) in usum fervare, aut vendere ca-
ptivos tolerant. Igitur multitudinem
fervorum exercitibus comparat Seneca b.
& Asconius L. VI. c. 10. dicit decies, imo
vices mille servos quosdam habuisse. Et
plura de ea re videntur possunt apud Scri-
pores c in margine libri citatos. Ac li-
cet

a Horat. Epist. L. Lep. XVII. v. 69, §. 3. Infr.
de jure person. b de tranquill. an. c. 8. c Id.
de elem. L. II. c. 24. Tat. Ann. XII. 65. XIV. 44.
Alius exempl. Vid. ap. Pignor. de servis praf. Rei-
nes. ad Petron. c. 37. & Consal. ad eundem. l. 19.

cet istis locis fere agatur de temporibus recentioribus, tamen vel ex hoc ipso servili bello certum est, iam tum ingentem plane servorum in Italia potissimum & Sicilia fuisse numerum. Cum enim in istis regionibus ingentia latifundia habent Proceres illi & Divites Romanorum, ingenti quoque multitudine servorum, qui ea colerent, indigessit patet^a. Ergo Italia & Sicilia servis barbaris, per quos divites expulsi civibus agros suos colerent, implebatur: iisque in ergastulis servabantur; atque inde producti opus faciebant compedibus fere vincit & omnibus modis durissime a dominis habitib^b. Ex Sicilia itaque bellum hujus origo fuit: ubi Eunus e quidam natione Syrus circa annum Urbis sexcentesimum decimum quintum simulato furore fanatico & instinctu Syria Des, (qui eadem ac Mater Deorum, sive Cybele fuisse videtur d: viderur, dico; non enim puto in his omnibus certi aliquid posse statui, sed potius diversos plane Orientis & Gracia Deos fuisse credo: Nec ob levem similitudinem parva sape, iis nominis, pares functiones fuerint adseritur. *Ax̄ā mōnē ēi ī n̄ap̄d̄ō*) igitur illius Des, instinctu ad libertatem & armis servos, quasi numinum imperio concitatavit.

A. U.
615.

^a Plut. Graeci, p. m. 827. D. B. Diod. Sic. exc. L. XXXIV. C. Id. Sylla, p. m. 475. Liv. epis. 56. Flor. L. III. c. 19. d. Vid. Lucian. de Dea Syria. Apulej. L. VIII. Selden. de DB Syris Synt. II. c. 2. p. m. 165. 573.

REIPUB. ROMAN. LIB.VI. 55
vit. Utque fidem fraudi faceret, in ore abdita nuce, quam fuligine & igne stipaverat, leniter inspirans flamman inter verba fundebat: atque ita primum vi-ginti millia ex obviis colligit; mox re-tractis ergastulis sexaginta amplius mil-lium fecit exercitum^a. Adversus eum primum missus videtur Praetor T. Didius; colligitque Plighius ad annum sexcentesimum decimum quintum ex numero Didii, cum servos rebelles non tam pilis vel gladiis instructo milite, quam scutis & flagris servilibus profligatis; probatque fere idem Illustris Spanheimius de *Brahantia & Uso Numism. Diversit. X.* p. 230. edit. ult. Et potuissent addere, scilicet hoc Didium *Sybarum* exemplo, qui quondam aduersus servos suos rebelles, non tela, sed virgas & flagella expediunt^b. Verum adeo non profligavit hac ratione bellum Didius, ut anno se-quente Eunus validius factus, & exercitu ex omnium gentium servis, ut credi-pot est^c, collecto regia etiam insignia sumpferit: atque oppida plurima, vicofique miserabilis direptione vastaverit. Et alter quoque servus Cleo ad septuaginta millia servorum contraxit d: copisque cum Euno junctis aduersus Populum Romanum bellum gessit, tanto quidem suc-cessu, ut P. Maelius, & anno sequente P. Lentulus Praetores castris exue-

A. 4. rint.

^a Florus d. l. ^b Herod. L. IV. cap. 3. Justin. L. II. c. 5. ^c Vid. Plut. de Pythia & or. p. m. 339. dxxi. ex Diod. Sic. L. XXIV.

A. U. rint. Eadem quoque anno Urbis sexcentesimo octavo decimo Ios Pisonis fuit.
 A. U. & anno tursus proximo Flautii Hypsatis ita ut tandem ejusdem anni Consuli C. Fulvio id bellum mandaretur ^a. Verum quid in eo imperio egerit Fulvius praetoribus, qui ad nos pervenerunt, penuria scire non possumus.

^b.
 S. Exi. S. II. Scimus tamen, verum ex folio Orosio ^b, successisse Fulvio in administratione hujus belli in Sicilia L. Calpurnium Pisoneum Frugi: ifque Mamertio expugnato octo fugitivorum milia occidit: crucibus alios, quos passim capere potuit, affixit. In exercitu etiam Romano-disciplinam militarem collapsam severitate restituit: & ut exemplum statueret, Praefectum cohortis, ut Frontinus ^c vel, iuxta Valerium Maximum ^d, Praefectum Equitum C. Tigris, quod circumventus fugitivorum multitudo arma cum suis tradidisset, varii ignominia generibus affectit. Eaque ratione Siciliam gravi hoc bello fere liberavit: & anno sequente P. Rupilius Consul Tauromerium, cuius arx negligentia Q. Fabii generi Conulnis amissa fuerat ^e, & Ennam, firmissima fugitivorum praesidia, vi recepit: belisque tandem cruentissimo, & quod jam in Italianam transferat, finem imposuit ^f: ac de servis fame maxime ad dediti-

nem

^a Liv. Epis. 56. b L. V. c. 9. c L. IV. cap. 1. ex. 28. d L. II. c. 7. ex. 9. e Id. Valer. Max. L. II. cap. VII. n. 3. f Flor. L. III. c. 19. Liv. c. 59. Oraf. L. V. c. 9. Jul. Obf. c. 25.

neis concitis supplicium sumpsit: Atque anno tequente ovans Urbe introit: ne dignitatem triumphi servi inscriptio violaret. Antequam autem provincia decederet Rupilius novis eam legibus a decadem legatorum sententia, ut moris erat, restauravit.

S. III. Ut autem uno tenore serviiles ^{§. 3.} se hasce coniunctiones pertexamus, subiungamus hic alterum bellum cum servis, bellum & in eadem Sicilia enatum: quod alioquin pro ordine temporum ad sequentem librum referendum fuerat. Nempe ^{cum a-} anno Urbis sexcentesimo quinquagesimo ne. Athenis gente Cilix servus & pastor in perfecto domino familiam ergatulo libe- 650. ratam sub signis ordinavit ^d. Ipse vesie purpurea argenteoque baculo, & regium in morem fronte redimita, non minor, quam antea Eunus, confitat exercitum. Et quasi etiam illum vindicaret, vicos, castella, oppida diripiens in dominos, in servos promiscue leviebat: in hos quidem infestus, quasi in transfugas. Periculosisimo autem Romanorum tempore hac servilis seditio erumpet: quippe cum gravissimum a Cimbriis bellum cum maxime eorum cervicibus inumberet: de quo suo loco dicemus. Et male praterea dicto jam anno adversus servos res gelta est ^e a C. Servilio ^f: & anno sequente a L. Licinio Lucullo. C 5 Dio-


^a Cic. in Verr. Div. cap. 5. & ibi Asc. Ibid. L. II. cap. 13. Ascon. Ibid. c. 50. L. III. c. 40. b Flor. d. c Flor. Ibid.

Diodorus Siculus, in *excerptis ex libro XXXVI. Bibliothecae*: hunc Liciniūm Nervam appellare videtur: & in multis ejus narratio diversa deprehenditur: quam tamē, cum ceteris distinctius multo & latius rem narret, in hujus belli expositione sequemur. Dicit itaque Diodorus, post leviores aliquot servorum in Italia seditiones maximam tandem eorum in Sicilia contigisse coniurationem: cuius hac fuerit ratio. Suscepta adversus Cimbros expeditione C. Marius ex potestate Senatus consulto concessa per literas a Nicomedē etiam Ruthyniæ Rege auxilia expetierat. Respondit Nicomedes, „Bi... thyronum multos a vēctigalium publicis corum redēptoribus direptos servis... tutem per provincias Populi R. servi... re: ut ita inique a se auxilia expete... rentur. „ Itaque Senatus deceruit; ne... quis ex Populi R. sociis, qui quidem... liber esset, in ulla provinciarum ser... viet: & ut Imperatores eorum ma... nummittendorum curam haberent: „ Ex hoc decreto Licinius Nerva in Sicilia intra paucos dies plures occidentis in libertatem resiuit. Verum mox, sive pecunia dominorum sive gratia expugnatus non ultra libertatem potentibus concessit; quin potius quemque ad dominum suum reverti iussit. Hinc indignatio ser... vorum orta: imo mox quidam interfecti, dominis suis, aliisque etiam defectionis sociis sibi adscitis, locum quendam munitione occuparunt. Cumque inde eos armis pellere Licinius non posset, proditione grāfatus hanc quidam seditionem repressit. Sed mox, cum bo... nam

nām exercitus sui partem dimissserit, sedīcio recrūdit: cūque mulitos ex Ennēam pr̄sidariis interficiens defēctores, armis etiam nati audaciores multo fāci sunt: regēnque sibi crearunt Salvium quendam. Hunc tamen Romāni, dum Morgantiam obfiderit, catris exuerunt: sed mox ex superiorē loco pugnantes servi Romanos vicissim pel... lunt, cum prudenter Salvius iussisset, ut armis abjectiibus parceretur: quod plures, ut se in fugam darent, compulsi: ita ut hoc pr̄elio non multi cas̄, sed quatuor fere millia capti dicantur. In... de ad Murgamī obſidionem reversus Salvius servis, qui in pr̄ſidio erant, libertatem premittit: quod idem fecerunt servorum domini. Verum cum strenue pugnando servi obſidionem submoviſſent, Imperator Romanus dominorum pacis stare rectius causa fuit, cur plurimi ad defēctores transfugerant. Et tunc de... dum per finitimos etiam populos in for... vorum gregibus ſeviente morbo, Athēnionem Cilicem Regem a servis factum ſuſſe Diodorus tradit: qui, non nisi stre... nuſſimis quibusque in militiam allec̄tis, reliquos operas suas folitas obire jube... bat: unde largum suis parabat commē... tam. Ergo etiam Lilybaeum munitissi... man urbem obſidere auctus est, sed dif... fičiēlē nimis rem expertus tanquam mo... nentibus Diis ab ea recessit: quod ma... jorem fidem habuit, quia eodem tem... pore Lilybaenibus auxiliū adverterat. Interes Salvius, qui jam Tryphone regio... nomine dicebatur, Athēnionem ad fe... evocat: & hic, contra omnem Roma...

norum spem Tryphoni, ut supremo suo Imperatori dicto audiens fuit. Tryphon tamen Athenionem diffidens in carcерem eum conjectit: regiumque splendorem in omnibus rebus etiam magis ac magis prætulit. Verum postquam cum novis copiis in Siciliam trajecit Lucullus Athenionem iterum in consilium adhibuit: & contra ejus sententiam cum Romanis prælio decertans maximam stragem accipit. Tamen Romani *Tricala* (alii *Triocala*, vel *Triacala* vocant ^a) obſidione capere non potuerunt: unde aucti defectoribus spiritus: ita ut nec Lucullus, nec Servilius quicquam memorabile geferint: eum Athenio (penes quem locum mortuo Tryphone omnis potestas erat) totam Siciliam pro libidine infestam redderet. Ita ut etiam & Lucullus & Servilius eo nomine accusati & exilio mulctati fuerint. Tandem *Aquillius* Consul vičis fugitivis huic bello finem imposuit, cum Athenionem Regem strenue pugnante in sua manu interfecisset. Supererant post huc omnia mille etiam fugitivi duce *Sayro*: quos cum in deditionem Consul accepisset, poenam quidem in praesens remisit: sed mox Romanum abductos cum beltiis ad internectionem depugnare jussit. At dicuntur detrectantes illud certamen mutuis vulneribus occubuisse: ita ut postremus omnium

^a Vid. *Luc. Holsten. ad Steph. de Urb. V.*
Tεικαλος.



REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 61^a
rium Satyrus fortis animo sibi ipsi manus intulerit. Ita fere narrat Diidorus. Florus Atheniensem inter rixantium manus laceratum dicit, dum multitudo apprehendendum cum concurrit. Sed minima ejus declamatoris fides est, qui abique iudicio monstrosa sectari solet. Victorix Aquilliana memoria servata est in numeris, quos refert Vaillantius ^a; & quorum priorem etiam laudat Pighius ^b: in quibus imaginem affictae Sicilie Imperator armatus relevat. Hi nummi & nepotum hujus Aquilli uno cusi fuisse videntur.

CAPUT SEXTUM.

De questionibus perpetuis constitutis.

Cum ita Imperium Romanum jam ^{§. 1. De} per tres orbis eo tempore cogniti ^{q[ui]s[ita]b[us]} partes propagatum esset; & maxima in- ^{nib[us]} de, i priora tempora respiciamus, di- ^{perpe-} ^{niunc-} vitiæ in urbem Romam confluent, pri- ^{stutis.} stina illa in omni vieti simplicitas cito evanescere coepit. Itaque, cum, quo cor- ruptior est civitas ^c, eo plures leges & sunt, &, ut sine, requiratur, antequam ^{de} hunc libitum finiamus, de iis brevi- ter hic agendum est: quamquam non- dum principii adeo ruina mores pef- sum jerint, quam quidem post paucos annos.

^a Gente Aquillia n. a. §. 6. b Ann. ad A.D.
654. c Tac. Ann. L. III. c. 27.

anno factum est: unde de ipso incremento luxus inferius paulo dicturi sumus. Et haecenius quidem judicia de criminibus omnia extraordinaria fuerant: sed anno primum sexcentesimo quarto L. Calpurnius Piso Frugi Tribunus plebis sociorum caussa, qui a magistris Romanis affligebantur, legem *Calpurniam de pecuniis repetendis* tulit, qua magistratum injurias propellere soei poterant, repetendo nempe, quas in proximis magistratus Populi Romani, eorumque comites contra leges pecuniariecepisset: coeque haec lex socialis, & arx sociorum dicitur b. Neque dicit postea etiam aliae quæstiones, ut de ambio, maiestate, peculatu constitute sunt: quemadmodum hoc ab iis, qui antiquitates Romanas explicant, plenus tractatur.

S. II. Verum ambitus etiam alia ratione coercendis fuit: cum enim antea in cunctis voce suffragia lata fuissent anno sexcentesimo decimoquarto Q. Gabinius tribunus plebis legem tulit, ut in 614, "magistribus creandas non voce, ut ante, sed per tabellam obsignatam, "nullo inimicitarum obstante metu, suffragium ferretur: "qua ratione optimatum in suffragiis auctoritas fere concedit. Neque eam legem unquam Populus liber desideravit: sed opresius datum dominatarum potentia principum flagitavit. Itaque dicit Cicero loco in mat-

gine

a Cic. in Ver. L. III. cap. 84. cl. Or. s. 17. de Off. L. II. cap. 21. b V. d. eundem in Ver. Div. cap. 5. ibi Aferm.

gine citato, "non fuisse hanc laebram: dandam populo, in qua bonis ignotis ratiibus quid quique sentiret, tabella vitiorum occultaret suffragium: ita ut illi rationib, neque latore quicquam sit inventus, neque auctor: unquam bonus." Additque latorem Gabiniū hominem ignotum & sordidum fuisse. Sed eodem tamen loco fatetur, "fusilli agandi, nimiam libidinem in non bonis caussis cripiendam fuisse potentibus." Verum ipsi Ciceronis in his caussis non nisi summa cum circumspectione credendum: ipse enim, quod se optimatum factio- ni tradidisset, plebejus passim iniquius videtur. Et merito, puto, ruris post biennium L. Cassius Longinus et Tribunus plebis, rigidè viri virtutis, unde ejus tribunal, cum Praetor esset (fuit id A. U. 616.) scopulis reorum dicebatur a; legem tulit, ut in judicis etiam perduebilo- nis iudicio excepto, Populo per tabel- lam suffragium esset: "unde num- mi extant Cassii gentis, qui virum to- gatum tabulam in urnam mittentem exhibentes. Et tanta hujus legis aequitas vi- sa est, ut etiam P. Africanius, acerimus licet optimatum fautor, auctoritate sua M. Antium Brisonem Tribunum plebis, quo minus legi Cassii intercederet, pro- hibue-

a de L. III. c. 15. b num legendum interrogatio- nis c Cic. de amic. c. 22. d Val. Max. L. III. c. 7. n. 9. e ab eo Cassiani judices pro Severis dicuntur. Cic. pro Sex. Ros. A. c. 30. e Vid. Faill. de fam. Rom. Gente Cassian. 5.

habuerit a. Tertia lex tabellaria de suffragis lata est A. U. 622. a C. Papirius Carbone Tribune plebis, quem Cicero & improbus cives & seditionem vocat. Deinde A. U. 646. iudicio quoque perduellionis Cæsaris Tribunus plebis tabellam dedit e. Nec tamen haec & similes leges Rem publicam vergentem fuisse potuerunt, immensum aucta ambitione; quemadmodum in sequentibus videbimus.

S. 3. De viris eruditissimis hispiis temporis. S. III. Intervallum adeo breve, quam illud est, quod hoc libro complexius sumus, iatis multos tamen nobis viros scriptis claros exhibet: cum eloquentia præcipue studium hoc tempore maxime vigeat & inciperet. Ita mentionem fecit Livius & C. Iulii Señatoris, qui Gracres Romanas scriptit. Latine vero annales & orationes scriptit Piso ille f, quem legem Calpurniam de repetundis tulisse diximus, stylo exili quidem, sed simplicissima & rei & orationis suavitate; primo gravis auctor Plinio dicitur b. I. etiam Cassius Hemina annales hoc tempore condidit: ut etiam ille Fabius Servilianus, quem anno sexcentesimo undecimo Consulem vidimus k. Historiam quoque scriptit C. Fannius M. F. i ac summa quidem fide, si credimus Marius Victorino veteri commentatori in Cicero-niem

a Cic. de clar. Orat. c. 25. b deleg. L. III. c. 16. c lib. d id. de clar. Orat. c. 20. s. 99. c Epist. 53. f Cic. ad Fam. L. IX. n. 22. g ibid. Id. de clar. Or. c. 27. & de Orat. L. II. c. 12. h Hisp. Nat. L. II. c. 53. i lib. L. XIII. c. 13. k Supr. c. 3. S. I. Cic. Brutus c. 21.

REIPUB. ROMAN. LIB. VI. 65
nem de invent. L. I. c. 19. Floruit præterea haec atque L. Cælius Antipater Historicus & Jurisconsultus a: & P. Rusticus Rufus, qui belli Numantini scripsit historiam b. Tum L. Accius poeta fabularum non tantum; sed etiam annalium & carmine scriptor d. Is cum Pacuvio A. U. 613, fabulam docuit; cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset e. Lucilius, cuius satyram fragmenta edit Generofis. Franc. Douza Jani F. Lond. Bar. 1597. 4. lib. P. Africano, Numantino bello, eques militavit f: ejus foro avia fuit Pompeji Magui g. Et alios, si qui forte fuerint, ut ad institutum nostrum nihil facientes, præterimus. Sed religio fuerit prætexte Oratores, qui primo loco nominandi fuerant: cum eorum ars fat magna hac atque incrementa sumperit. Eos recenter Vellejus Paternulus L. II. cap. 9. sed multo latius ipse omnium quotquot unquam fuerunt, futurique sunt Oratorum princeps libro, qui Brutus, sive de claris Oratoribus inscribitur: unde paucos & illustriores tantum notabimus initium facientes a C. Sulpicio Gallo, qui A. U. 584. Prætor fuit h: quique in oratorum numero est habitus. Eodem anno Censor fuit. Ti. Sempronius pro-

a Cic. Brutus c. 26. & Orat. c. 69. l. 2. f. de Orig. jur. S. 40. b Appian. Al. Hisp. n. 305. c Vid. Cic. Brutus. 18. sq. d Maec. Sat. L. I. c. 7. f. Feff. V. Metelli Cic. de Leg. l. 2. c Cic. Brutus c. 64. Gell. Nelli Att. L. XVII. c. ult. f Vell. Patere. L. II. c. 9. g Porphyrio ad Hor. Serm. L. II. S. 1. n. 352. h Cic. Brutus c. 20.

ponius Gracchus, qui etiam ab eloquentia laude celebratur; ut & anni sequentis Consul Paulus ille Aemilius Persei vitator. Laudat quoque Cicero eodem loco P. Scipionem Nasicam, qui *Circulum appellatus est*, & Consul fuit A.U. 594, tum L. Cornelium Lentulum Consulem A.U. 591, & A.U. 597. Q. Fulvium Nobiliorem Consulem A.U. 600, ejusque collegam T. Annium Luscum. (Addo dignitates, quas hi Oratores gesserunt, ut pater, primarios fuisse viros, qui hinc literarum & eloquenti studiis operam darent; ejusque rei in sequentibus plura habebimus exempla.) Juniores paulo fuerunt, ut plures minus celebres mittantur; P. ille Africatus: & in quod dicendi laus etiam illustrior fuit, amicus ejus C. Lelius: tum, qui sine controversia ceteris eius temporis eloquentia praefticit, Ser. Galba Consul A.U. 609. Lrixique gener C. Fannius b. Celebris etiam P. Licinius Crassus Mucianus Pontifex Maximus & Consul A.U. 622, ejusque frater P. Mucius Sezvolus Consul A.U. 620, etum Carbo ille d, quem auctorem legis tabellariae vidimus. Alli, quos porro recenter Cicero, velminus sunt celebres; vel commodius ad librum sequentem referentur: sed de Craffo omitendum non fuerat, quod de eo tradit Sempronius Ascallio, (hic etiam bello Numantino Tribunus militum fuit e, & plures historia-

a Ibid. c. 21. b Ibid. c. 26. c Id. de Orat. L. c. 39. d e. id. Or. c. 35. e Ibid. c. 27.
e Cell. notis Ait. L. II. c. 13.

REIPUB. ROMAN. LIB.VI. 67
storiarum librios reliquit a, sed quos senes demum scriptiss. videtur b) scilicet,, ha-
„ buisse eum quinque retum bonarum „ maxima & praecipua; quo esset ditissi-
„ mus, quo iuri consutissimus, quod „ Pontifex Naximus. Ti. & C. Grachi
fratres praecipua eloquentia laude emi-
nuerunt. Verum de iis plurima statim li-
bro sequente dictum sumus. Unum ad-
huc adjiciamus. C. Persum literatum
hominem & valde doctum: sed, ut vi-
deatur, obscuriorum, ita ut de eo dice-
ret Lucilius satyram scriptor, *Persum non cura legere, Lelium, Decimum volo.*
(Qua verba, in aliud plane sensum de-
torum Plinius prefatione *historia naturalis*
ad *Veipasianum*.) Hunc addo, quod,
nisi fallit memoria, Augustino, aut *Hie-
ronymo*, aut alii etiam ejus fere etatis
dictum hoc adscribi, & de *Perso*, cu-
jus habemus satyras intellectu revera dif-
fillimas intelligi soleat.

a II. L. XIII. c. 21. b Cil. de Leg. I. 3. c Id.
d e. id. Orat. c. 26..